

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta  
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis  
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lipsiae, 1735**

**VD18 12833770**

Oratio XII. quae est Pro T. Annio Milone.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18041**

## SENTENTIAE.

**P**arentes carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est.

Bonus ciuis pro statu ciuitatis nullas sibi inimici-  
tias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitae discri-  
men vitandum putat.

Non esse debet nostri temporis iniurias meminisse;  
quas nos etiam si vlcisci possemus, tamen obliuisci  
mallemus. Alio transferenda nostra tota vita est,  
ut bene de nobis meritis gratia referatur.

## ORATIO XII.

quae est

## PRO T. ANNIO MILONE.

Argumentum Orationis XII. pro Milone.

**P**. Clodius iam inde a Ciceronis reductione ab exilio T. Annio Miloni capitaliter infensus, ut qui una cum Pompeio bonisque omnibus & suisor & auctor exti-  
serat, quo Cicerio restitueretur; omnem dedit operam, ve  
Miloni noceret, qui quo anno Consulatum Milo eodem ipse  
praeturam ambibat, mirifice studens Plautio Hypsaceo &  
L. Metello Scipioni, Milonis competitoribus, eum addu-  
cendo in odium & inuidiam populi: eo quod videret, Mi-  
lone Consule, satis liberam sibi praeturam non fore ad  
remp. bonosque omnes perdendos. Verum quando id jam

Se effectum minime speraret, propterea quod certo cognosceret Milonem iam designandum Consulem, in illius caput & vitam incubuit. Itaque cum statu die non ignoraret Miloni solenne iter & necessarium legitimumque iter esse Lanuum, quippe qui dictator in suo municipio Iunoni flaminem proderet, pridie ipse armatus cum XXX. gladiatoribus profectus Ariciam, in via Appia ad Bouillas, in suo praedio, substitit, aduentum Milonis expectans. Qui cum nunciaretur in via esse, obuius sit ei Clodius in rheda sedenti cum uxore & delicato puerorum ancillarumque comitatu. Oritur vtrinque inter seruos pugna, cui temere se ingerens Clodius in cervice grauiter vulneratur, sumiuus in taberna Bouillis relatus extrahitur & confodiatur. Eius cadaver Romam delatum, primum in eius domus vestibulo positum, dein in forum & curiam Sexto Clodio scriba duce inibi crematum est, curiaque insensa conflagravit. Quae res Miloni apud populum, id agentibus Tribunis plebis, magnam inuidiam attulit, ciuitatemque commouit: adeo ut SC. Cneio Pompeio soli Consuli renuntiato mandatum sit, ut videret, ne quid res publica detrimenti caperet; Milo cedens populi furori diutiuscule foris mansit. Qui tandem praeter expectationem Romam reuersus a petendo Consulatu non desistit. Post multas autem cum factione Clodiana dimicaciones, ab Appio Claudio Seniore accusatur insidiarum Milo. Eius itaque causam defendit hac Oratione Cicero, insidiarum contra notans Clodium, & ideo iure caesum.

Genus causae est Iudiciale; statu vero qualitatis. Factum enim Cicero non negabat, sed iure caesum esse Clodium affirmabat; quoniam quidem Milo insidiis Clodii appetitum vim vi repulisset: atque hoc quaoritur in causa.

Conscripta est haec Oratio Anno V. C. 701. Ciceronis aetatis 55. Stylos ac Oratio talis est, ut Quintilianus pulcherrimam & nblissimam eam appellat.

Euentus fuit talis. Videbantur non ignorasse Iudices, in scio Milone initio vulneratum esse Clodium: sed competrerant, postquam vulneratus esset, iussu Milonis occisum. Fuit,

runt, qui crederent, M. Catonis sententia eum esse absolu-  
tum. Nam & bene cum republica actum esse morte Clodii  
non dissimulauerat, & studebat in petitione Consulatus Mi-  
loni, & reo adfuerat. Sed Milonis quoque audaciam vindi-  
care populo Romano utile visum est. Milo itaque damnatus  
in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est.  
Bona eius propter alieni aeris magnitudinem vendita sunt.  
Sextus autem Clodius & multi alii maximam partem Clodiani  
etiam fuerunt damnati.

## ORATIO XII.

# PRO T. ANNIO MILONE.

### CAPVT I.

**E**TSI vereor, iudices, ne turpe sit, pro fortissi-  
mo viro dicere incipientem, timere*1*, mini-  
meque deceat, cum T. Annus Milo ipse  
magis de reip. salute, quam de sua *2* perturbetur  
*3*, me ad eius causam *4*, parem animi magnitudi-  
nem afferre non posse *5*: tamen haec noui iu-  
dicii noua forma *6* terret *7* oculos: qui *8* quo-  
cunque inciderint *9*, veterem consuetudinem  
fori, & pristinum morem iudiciorum requi-  
runt *10*. Non enim corona *11* confessus ve-  
ster

*1* Quod ego timidus sum, dum incipio dicere pro viro  
fortissimo. *2* salute. *3* tristis sit. *4* ad defensionem cau-  
sae Milonis. *5* quod ego non possim. *6* conspectus, facies,  
species. *7* ob milites circumstantes. *8* oculi. *9* ad quem-  
cumque locum sese convertant. *10* desiderant, non inueni-  
unt, *11* a concione & coetu hominum.

ster 12 cinctus 13 est, vt solebat: non visitata 14 frequentia 15 stipati sumus 16. Nam illa praesidia 17, quae pro templis omnibus cernitis, et si contra vim collocata 18 sunt, non afferunt tamen oratori aliquid, vt in foro, & in iudicio, quamquam praesidiis salutaribus & necessariis septi sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus 19. Quae 20 si opposita Miloni putarem: cederem tempori, iudices, nec inter tantam vim 21 armorum existimarem oratori locum 22 esse. Sed me recreat & reficit 23 Cn. Pompeii, sapientissimi & iustissimi viri, consilium: qui profecto nec iustitiae suae putaret esse 24, quem 25 reum sententiis iudicatum 26 tradidisset, eundem telis militum dedere: nec 27 sapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed praesidiū denunciant 28: neque solum, vt quieto 29, sed etiam

12 sedes vestra. 13 circumdatus. 14 abusata. 15 multitidine auditorum. 16 circumdati. 17 milites illos. 18 disposita sunt ob eam causam, ne forte vis aliqua nobis inferatur. 19 sensus est: haec praesidia tamen efficiunt, vt ego quidem timeam, sed sine aliquo timore, quoniam scio, haec praesidia ob eam causam esse disposita, vt tutus esse possim in foro & iudicio. 20 praesidia. 21 violentiam, timorem. 22 occasionem dicendi. 23 erigit in tanto timore. 24 non permitteret, quoniam vir iustissimus est. 25 vt eundem reum traderet telis militum, quem. 26 iudicandum per sententias. 27 nec Pompeius hoc permitteret pro sua sapientia, vt multitudine audax armaretur. 28 ostendunt, confirmant. 29 non timido.

30 nos



etiam ut magno animo simus, hortantur: neque auxilium modo defensioni meae, verum etiam silentium pollicentur. Reliqua vero multitudo, quae quidem est ciuium, tota nostra est 30: neque eorum quisquam 31, quos vnde 33 aliqua pars fori aspici potest, & huius exitum iudicij expectantes 34, non cum 35 virtuti Milonis fauet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat 36.

30 nos libenter audiet, nobis fauet. 31 neque non omnino putat decertari. 32 attentos, qui vnde 33 aspiciunt. 33 ex quo loco. 34 dum expectant. 35 quando, quoniam. 36 sensus est: omnes putant, de se, de liberis & fortunis suis hodie agi, dum agitur de Milone, cuius virtuti omnes fauent.

## CAPVT II.

**V**NUM genus 1 est aduersum infestumque 2 nobis eorum, quos P. Clodii furor rapinis, & incendiis, & omnibus exitiis publicis pavit 3, qui hesterna 4 etiam concione incitati sunt, vt vobis voce praeirent 5, quid iudicaretis 6, quorum clamor si quis 7 forte fuerit, admonere vos debebit, vt eum ciuem 8 retineatis 9, qui semper genus illud hominum, clamoresque maximos pro vestra salute neglexit. Quamobrem adeste animis 10, iudices, & timorem, si quem habetis,

depo-

1 Hominum. 2 inimicum est. 3 aluit, sustentavit, dedit. 4 in hesterno conuentu populi. 5 praescriberent, dictitarent. 6 iudicare deberetis de Milone. 7 clamor 1editiosus, 8 Milonem. 9 conseruetis. 10 animos sumite.

deponite. Nam, si vnquam de bonis & fortibus viris: si vnquam de bene meritis ciuibus potestas vobis iudicandi fuit: si denique vnquam locus <sup>ii</sup> amplissimorum ordinum <sup>12</sup> delectis viris datus est, vbi <sup>13</sup> sua studia <sup>14</sup> erga fortes & bonos ciues, quae <sup>15</sup> vultu & verbis saepe significassent re <sup>16</sup> & sententiis declararent: hoc profecto tempore eam potestatem omnem vos habetis, vt statuat <sup>17</sup>, vtrum <sup>18</sup> nos, qui semper vestrae auctoritati dediti <sup>19</sup> fuimus, semper miseri lugeamus <sup>20</sup>; an diu vexati a perditissimis ciuibus, aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiamque recreemur <sup>21</sup>. Quid enim vobis duobus <sup>22</sup>, iudices, laboriosius <sup>23</sup>? quid magis sollicitum, magis exercitum <sup>24</sup> dici aut fingi <sup>25</sup> potest: qui spe amplissimorum praemiorum ad remp. adducti, metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus? Evidem ceteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum <sup>26</sup> semper putau<sup>i</sup> Miloni esse subeundas <sup>27</sup>, quod <sup>28</sup> semper pro bonis contra improbos senserat <sup>29</sup>: in iudicio vero, & in eo consilio, in quo ex cun-  
ctis

---

<sup>ii</sup> occasio. <sup>12</sup> Senatorii, Equestris &c. <sup>13</sup> in qua occasione. <sup>14</sup> amorem, fauorem. <sup>15</sup> studia. <sup>16</sup> ipsa re, <sup>17</sup> iudicetis. <sup>18</sup> an. <sup>19</sup> obsequentes, obedientes, inseruientes. <sup>20</sup> lugere debeamus. <sup>21</sup> erigi & recreari debeamus. <sup>22</sup> quam ego & Milo. <sup>23</sup> nemo hactenus magis vexatus fuit, & maiores labores ab inimicis sustulit, quam ego & Milo. <sup>24</sup> exercitatum in malis, vexatum calamitatibus. <sup>25</sup> excogitari. <sup>26</sup> conuentum populi. <sup>27</sup> perfitti optere a Milone. <sup>28</sup> quoniam ille. <sup>29</sup> consenserat, steterat, bonos defendebat.

30 de-

Etis ordinibus amplissimi viri <sup>30</sup> iudicarent, nunquam existimauit spem ullam esse habituros Milonis inimicos <sup>31</sup>, ad eius non salutem modo extinguerendam, sed etiam gloriam per tales <sup>32</sup> viros infringendam <sup>33</sup>. Quamquam in hac causa, iudices, T. Annii tribunatu <sup>34</sup>, rebusque omnibus pro salute reip. gestis, ad huius criminis <sup>35</sup> defensionem non abutemur <sup>36</sup>, nisi oculis videritis insidias Miloni a Clodio factas <sup>37</sup>: nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis <sup>38</sup> multa propter praeclera in remp. merita condonetis: nec <sup>39</sup> postulaturi, ut, si mors P. Clodii salus vestra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potius, quam populi R. felicitati assignetis <sup>40</sup>. Sed si illius insidiae clariores hac luce <sup>41</sup> fuerint, dum denique obsecrabo obtestaborque vos, iudices, si cetera <sup>42</sup> amissimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia telisque <sup>43</sup> vitam ut impune <sup>44</sup> liceat <sup>45</sup> defendere.

<sup>30</sup> delecti. <sup>31</sup> accusatores. <sup>32</sup> tam amplissimos. <sup>33</sup> diminuendam. <sup>34</sup> officio Tribuni plebis, quod gessit Milo. <sup>35</sup> accusationis. <sup>36</sup> vt emur, quoniam hac defensione non opus est. <sup>37</sup> esse, quod Clodius struxerat insidias Miloni. <sup>38</sup> Miloni reo, quem ego defendam. <sup>39</sup> nec sumus. <sup>40</sup> attributis, adscribatis. <sup>41</sup> ipsa diei luce, luce meridiana. <sup>42</sup> ceteras virtutes priscas populi Romani. <sup>43</sup> insidiis. <sup>44</sup> libere, absque metu. <sup>45</sup> ut liceat, ut possimus.

### CAPUT III.

**S**ed, antequam ad eam <sup>1</sup> orationem venio, quae est propria nostrae quaestione <sup>2</sup>, videntur ea esse refutanda, quae & in senatu ab inimicis saepe iactata

<sup>1</sup> Partem orationis. <sup>2</sup> quae proprie spectat ad hanc materiam, de qua nunc agitur.

ia&tata 3 sunt: & in concione ab improbis, & pa-  
lo ante 4 ab accusatoribus: vt, omni terrore sub-  
lato 5, rem plane 6, quae venit in iudicium 7, vi-  
dere possitis. Negant intueri lucem esse fas ei 8,  
qui a se hominem occisum esse fateatur. In qua-  
tandem vrbe hoc homines stultissimi 9 dispu-  
tant? nempe in ea, quae primum iudicium de  
capite 10 vedit M. Horatii 11, fortissimi viri: qui  
nondum libera ciuitate 12, tamen populi R. co-  
mitiis 13 liberatus est, cum sua manu sororem in-  
terfectam esse fateretur 14. An est quisquam,  
qui hoc ignoret, cum de homine occiso quaera-  
tur, aut negari solere omnino esse factum 15,  
aut 16 recte ac iure factum esse defendi? Nisi ve-  
ro existimatis, dementem P. Africanum fuisse,  
qui 17 cum a C. Carbone, tribuno pleb. in concio-  
ne seditiose interrogaretur, quid de Ti. Gracchi  
morte sentiret, respondit, iure caesum videri 18.  
Neque enim posset aut Ahala ille Seruilius, aut  
P. Nasica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me  
consule 19, senatus non nefarius 20 haberri 21, si  
fcele-

3 dicta. 4 etiam dicta sunt. 5 postquam omnis timor  
electus ex animis est. 6 clare, aperte. 7 de qua iudicari  
debet. 8 illi accusatores autem dicunt, eum non debere  
vivere. 9 qui inra ciuilia ignorant. 10 vita. 11 qui so-  
rorem suam interfecerat. 12 cum ciuitas nondum libera  
esset, sed adhuc esset sub regibus. 13 in comitiis & con-  
uentu. 14 Horatius. vide Florum L. I. cap. 3. 15 hominem  
esse occisum. 16 aut caudem defendi, quoniam recte &  
iure facta ea sit. 17 respondit. 18 sibi videri, Gracchum  
iure occisum esse. 19 eo tempore, quo ego Consul fui.  
20 impius. 21 existimari.

+ Ahala occidit  
Guerrium Melium

22 in



sceleratos ciues interfici nefas esset. Itaque hoc, iudices, non sine causa etiam fictis 22 fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt 23, eum 24, qui patris vlciscendi causa 25 matrem necauisset, variatis hominum sententiis 26, non solum humana sed etiam diuina 27 deae 28 sapientissimae sententia liberatum. Quod si duodecim tabulae 29 nocturnum furem quoquo modo diurnum 30 autem, si se telo 31 defenderit, interfici impune 32 voluerunt 33: quis est, qui, quoquo 34 modo quis imperfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi 35 legibus?

22 in fictis. 23 narrarunt. 24 Orestem fuisse liberatum, 25 ut patrem suum vlcisceretur. 26 cum homines nescirent, quid de hoc facto sentire deberent. 27 per deorum sententiam. 28 Palladis. 29 aeneae, in quibus scriptae erant leges Romanorum. 30 qui diei tempore furatur. 31 gladio, armis. 32 absque metu poenae. 33 expressis verbis iusserunt. 34 quocunque modo. 35 tradi, in manum dari.

## CAPVT IV.

**A**Tqui 1 si tempus 2 est ullum iure hominis necandi, quae multa sunt 3, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, cum vis illata defenditur 4. Pudicitiam cum eriperet, militi tribunus militaris in exercitu C. Marii,

propin-

1 Iam vero, igitur, iamque adeo. 2 si aliquod tempus est, in quo licet iure hominem aliquem occidere. 3 qualia tempora & occasiones multae sunt. 4 quando aliquis sese defendit contra vim illatam.

propinquus 5 eius 6 imperatoris: imperfectus ab eo 7 est, cui vim afferebat. Facere 8 enim probus adolescens 9 periculo 10, quam perpeti turpiter maluit, atque hunc ille vir summus 11 scelere solutum 12, periculo liberauit. Insidiatori vero, & latroni, quae potest afferri iniusta nex 13? Quid comitatus nostri, quid gladii volunt 14? quos habere 15 certe non liceret, si vti illis nullo pateo 16 liceret. Est igitur haec, iudices, non scripta, sed nata 17 lex: quam non didicimus, accepimus 18, legimus: verum ex natura ipsa arripiimus 19, hauiimus, expressimus: ad quam non docti 20, sed facti 21: non instituti, sed imbuti 22 sumus: vt, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela 23 aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expedie-  
dae salutis 24. Silent enim leges inter arma 25, nec se exspectari iubent, cum ei, qui exspectare velit, ante iniusta poena luenda sit, quam iusta repetenda 26. Etsi persapienter, & quodam modo tacite, dat ipsa lex 27 potestatem defendendi:  
quae

5 qui Tribunus propinquus erat. 6 Marii. 7 milites. 8 occidere aggressorem. 9 ille miles. 10 cum periculo vitae suae. 11 Marius. 12 liberatum ab omni criminе & accusa-  
tione. 13 insidiator ire potest interfici. 14 quare comites habemus nobiscum, quare gerimus gladios. 15 gestare. 16 modo. 17 innata nobis, a natura data & insita nobis. 18 audiuiimus. 19 accepimus. 20 instructi. 21 nati. 22 nati. 23 gladios. 24 nobis liceret vitam nostram recte defendere. 25 quando armis decertatur, tunc non respicitur ad leges. 26 nec leges volunt, vt ipsas exspectemus, quoniam accidere potest, vt quis iniuste occidatur, antequam possit occisorem trahere ad poenam. 27 Cornelia de sicariis.

28 quae



quae 28 non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat: ut cum causa, non telum quareretur 29: qui 30 sui defendendi causa 31 telo esset usus, non hominis occidendi causa 32 habuisse telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa, iudices. Non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id memineritis, quod obliuisci non potestis, insidiatorem iure interfici posse.

28 quae lex non vetat occidere hominem, sed hoc vetat lex, ne quis gladium gestet, ut alterum occidat cum eo.  
 29 cum non quaestio sit de telo, sed de causa ipsa. 30 ille iudicaretur, qui. 31 ut se defenderet. 32 hanc materiam pertractabo.

## CAP V T. V.

**S**equitur illud, quod a Milonis inimicis saepissime dicitur, CAEDEM, in qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse, CONTRA REM. ESSE FACTAM 1. Illam 2 vero senatus non sententiis suis 3 solum, sed etiam studiis 4 comprobavit 5. Quoties enim est illa causa a nobis acta in senatu? quibus adsensionibus vniuersi ordinis 6? quam 7 nec tacitis, nec occultis? quando enim frequentissimo 8 senatu quatuor 9, ad summum quinque

1 Qnod caedes facta fit contra rempublicam, quodque ita Senatus iudicaverit. 2 caudem Clodii. 3 per suos. 4 fauore erga causam Milonis instam, 5 laudavit. 6 Senatorii. 7 & illae consensiones Senatus non occultae fuerunt nec tacitae, sed apertae. 8 cum fere omnes Senatores adfissent. 9 Senatores.

quinque sunt inuenti, qui Milonis causam non probarent? declarant huius ambusti tribuni io plebis ille intermortuae ii conciones, quibus ii quotidie meam potentiam inuidiose criminabatur iii, cum diceret, senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Quae quidem si potentia est appellanda potius, quam iv propter magna v in rem p. merita mediocris in bonis cau- sis au<sup>r</sup>oritas, aut propter officiosos vi labores meos nonnulla apud bonos gratia vii: appelletur ita sane viii, dummodo ea ix nos utramur pro salute bonorum contra amentiam perditorum x. Hanc vero quaestione xi, et si non est iniqua, nunquam tamen senatus constituendam xii putauit. Erant enim leges, erant quaestiones vel de eaede, vel de vi: nec tantum mœrorem ac luctum senatui mors P. Clodii adferebat, vt noua opera quaestio xiii constitu- eretur. Cuius enim <sup>opera</sup> senatui, de illo incesto stu- pro iudicium decernendi potestas esset erepta xiv: de

io T. Munatii Planci, qui, cum contra Milonem diceret, & Clodii corpus iussisset cremari, flamma autem curiam arriperet, ex concione fugatus est. Vnde a Cicerone dicitur *ambustus*. ii intermissae haec tenus. ii in quibus con- cionibus. iii accusabat. iv quam mediocris au<sup>r</sup>oritas. v mea magna. vi quæs labores officium meum Con- sulare requirebat in detectione coniurationis Catilinae. vii fauor. viii en! patiar, vt haec res appelletur potentia. ix hac; potentia. x sceleratorum. xi quando iudicia cin- guntur militibus. xii sanciendam, confirmandam, ordi- nandam esse. xiii forma iudicii. xiv cum enim Senatui erepta fuerit per Clodianos potestas iudicandi de stupro incesto Clodii.

*tab. anno mru lex cornelia de sica, 25 quis  
tab. annos mru lex julia de vi qui ar-  
mata*

de eius interitu quis potest credere senatum iudicium nouum constituendum putasse 25? Cur 26 igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam, contra rempubl. 27 senatus factam esse decreuit? quia nulla vis vñquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues non contra rempubl. Non enim est illa defensio contra vim vñquam optanda 28: sed 29 nonnunquam est necessaria. Nisi vero aut ille dies, in quo Tib. Gracchus est caesus, aut ille, quo Caius 30, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si 31 e republica, rempubl. tamen non vulnerarunt 32.

25 quis potest credere, quod putauerit Senatus, quod iudicii noua forma constituenda sit de Clodii interitu & nece? 26 igitur, cur Senatus decreuit? 27 quia nullam vim vñquam ciues exercent contra alios ciues, ex qua nasci non posset aliquod periculum reipublicae. 28 quoniam hoc periculosum est reipublicae. 29 sed tamen talis vis & defensio. 30 fuit occisus. 31 etsi illi erant ciues reipublicae, etsi illi seditiosi occisi sunt iussu reipublicae. 32 periculum attulerunt reipublicae.

### CAPVT VI.

**I**Taque ego ipse decreui, cum caedem in Appia 1 factam esse constaret, non eum, qui se defendisset contra remp. fecisse; sed 2, cum inesset in re vis & insidiae, crimen iudicio reseruaui 3, rem notaui. Quod si per furiosum illum tribunum 4 sene-

1 Via. 2 sed rem notaui, quae facta erat, sed dixi, quod inquiri deceat, uter alteri fecisset insidias. 3 dixi, quod in iudicio de hac caede disquiri debeat. 4 Plancum.

5 for-

senatui, quod sentiebat, perficere licuisset: nouam quaestionem 5 nunc nullam haberemus. Decernebat enim 6, ut veteribus legibus 7 tantummodo extra ordinem quaereretur 8. Diuisa sententia est 9, postulante nescio quo 10: nihil enim necesse est omnium flagitia proferre) sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessione 11, sublata est. At enim Cn. Pompeius rogatione sua 12 & de re & de causa iudicauit: tulit 13 enim de caede, quae in Appia via facta esset: in qua P. Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe ut quaereretur 14. Quid porro quaerendum est? factumne sit? At constat 15 a quo? At patet. Vedit 16, etiam in confessione facti, iuris tamen defensione suscipi posse. Quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui fateatur 17: cum videret nos 18 fateri: neque quaeri vnuquam iussisset, nec 19 vobis tam salutarem hanc in iudicando literam 20: quam 21 illam tristem 22 dedisset. Mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil grauius 23 contra Milonem iudicasse, sed

5 formam iudicii, 6 Senatus, 7 iuxta veteres leges. 8 iudicium institueretur. 9 Senatorum, dum alii volebant, extra ordinem quaeri, alii iuxta veteres leges. 10 dum aliquis hoc postulabat, cuius ego nomen ignoro. 11 dum Tribunus plebis erat corruptus pecunia, ut intercederet & vetaret fieri sententiam Senatus. 12 per suam. 13 dixit suam sententiam. 14 institueretur iudicium, inquireretur in hanc caedem. 15 notum est. 16 Pompeius intellexit, iudicauit. 17 suum factum & crimen. 18 quod ego defensor & Milo reus fatere. mur crimen. 19 nec, nec tam. 20 literam A. in tabula scriptam, quae erat nota Absolutionis. 21 sed potius. 22 literam C. quae erat nota condemnationis. 23 durum,

24 rec



sed etiam statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. Nam qui non poenam confessioni <sup>24</sup>, sed defensionem dedit, is causam interitus <sup>25</sup> quaerendam non interitum putauit. Iam illud dicet ipse profecto, quod sua sponte fecit, P. ne Cludio tribuendum putet, an tempori <sup>26</sup>.

<sup>24</sup> reo crimen suum confitenti. <sup>25</sup> caedis, damnationis.  
<sup>26</sup> an Pompeius ideo milites disposuerit, ut propter caedem Clodii Milo coniiceretur in terrorem, an vero potius hoc fecerit ideo, quoniam tempora hoc postulant.

## CAPVT VII.

Domi suae <sup>1</sup> nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illius quidem temporibus, penne patronus, auunculus huius nostri iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pl. M. Drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus <sup>2</sup>, nulla quaestio decreta a senatu est. Quantum luctum in hac vrbe fuisse a nostris patribus accepimus <sup>3</sup>, cum P. Africano domi suae quiescenti <sup>4</sup> illa nocturna vis esset illata <sup>5</sup>? quis tum <sup>6</sup> non gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem, si fieri posset, omnes esse cuperent, eiusne necessarium <sup>7</sup> quidem expectatam esse mortem? Num igitur vlla quaestio de Africani morte lata <sup>8</sup> est? Certe nulla. Quid ita <sup>9</sup>? Quia non

<sup>1</sup> In domo sua. <sup>2</sup> quaesitus, nihil ad populum relatum est. <sup>3</sup> audiuius. <sup>4</sup> dormienti. <sup>5</sup> cum noctu occisus esset in cubiculo. <sup>6</sup> illo tempore. <sup>7</sup> cum ex eius vita nullum timendum esset periculum reipublicae. <sup>8</sup> habita. <sup>9</sup> quare hoc factum est?

io quia

non alio facinore clari homines, alio obscuri ne-  
 cantur 10. Intersit 11 inter vitae dignitatem sum-  
 morum atque infimorum. Mors quidem illata  
 per scelus iisdem & poenis teneatur, & legibus 12.  
 Nisi forte magis erit parricida, si quis consula-  
 rem patrem 13, quam si quis humilem 14 necaue-  
 rit: aut eo 15 mors atrocior erit P. Clodii, quod 16  
 is in monumentis 17 maiorum suorum sit inter-  
 fectus. Hoc enim saepe ab istis 18 dicitur: per-  
 inde quasi Appius ille Graecus viam munierit 19,  
 non qua 20 populus vteretur, sed ubi 21 impune  
 sui posteri latrocinarentur 22. Itaque in eadem  
 ista Appia via cum ornatissimum equitem Rom.  
 P. Clodius M. Papirium occidisset, non fuit il-  
 lud facinus puniendum. Homo enim nobilis  
 in suis monumentis equitem Rom. occiderat 23.  
 Nunc eiusdem Appiae nomen quantas tragedias  
 excitat 24? quae 25 cruentata antea caede hone-  
 sti atque innocentis viri 26 silebatur 27, eadem 28  
 nunc

10 quia & clari homines & obscuri per idem facinus  
 perire possunt. 11 sit sane aliquod discrimin. 12 perinde  
 ille punitur iuxta leges, qui clarum, ac ille qui obscurum  
 hominem interfecit. 13 Scipionem Africanum, qui vel-  
 ut pater erat reipublicae. 14 obscurum, vilem hominem.  
 15 ideo. 16 quoniam. 17 in via Appii, qui abauis  
 fuerat Clodii. 18 aduersariis. 19 strauerit, fecerit. 20 non  
 ideo, ut hac via. 21 in qua. 22 latrocinium possent ex-  
 ercere. 23 Ironia. 24 quando cum clamore nunc dicitur,  
 magnum crimen esse, quod Milo interficerit Clodium in via  
 Appia. 25 quae via Appia cum esset antea cruentata per  
 caedem & sanguinem. 26 M. Papirii. 27 omnes de ea  
 tacebant. 28 via Appia.

29 com.

nunc orebro usurpatur 29, posteaquam latronis & parricidae 30 sanguine imbuta 31 est. Sed quid ego illa commemoror? Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodii, quem ille 32 ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat 33. Extorta est confitenti 34 sica de manibus. Caruit foro postea Pompeius: caruit senatu: caruit publico 35: ianua 36 se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit. Num quae rogatio lata 37? num quae noua quaestio decreta est? Atqui, si res, si vir 38, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt 39. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipse senatus 40: ei viro 41 autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur falsus ciuitatis: eo porro reip. tempore, quo si unus ille 42 occidisset 43, non haec solum ciuitas, sed gentes omnes concidissent 44: nisi forte, quia perfecta 45 res non est, non fuit punienda: perinde quasi 46 exitus rerum, non hominum consilia legibus 47 vindicentur 48.

Minus

---

29 commemoratur ab aduersariis Milonis. 30 Clodii.  
31 cruentata, conspersa, infecta. 32 Clodius. 33 occulauerat, constituerat. 34 seruo, confitebatur suum crimini. 35 nunquam postea venit Pompeius in Senatum &c. 36 in domo sua. 37 num aliquis inquisiuit de hoc scelere. 38 si quis alias vir dignus fuit. 39 certe tempus, res, Pompeius, digna omnino fuerunt, ut de his insidiis quaestio fieret. 40 qui conuenerat in templo Castoris. 41 Pompeio. 42 Pompeius. 43 imperfectus fuisset. 44 periissent. 45 caedes Pompeii non fuit facta. 46 Ironia. 47 per leges. 48 puniantur.

49 eqni.



Minus dolendum fuit re non perfecta 49, sed 50 puniendum certe nihilominus. Quoties ipse 51, iudices, ex P. Clodii telis 52: & ex cruentis eius manibus effugi: ex quibus 53, si me non mea, vel reipubl. fortuna seruasset, quis tandem de interitu meo quaestionem tulisset 54?

49 equidem dolor noster non magnus erat, quoniam cædes Pompeii non perficiebatur. 50 sed tamen crimen Clodii insidiatoris nihilominus puniri debuisset. 51 ego. 52 insidiis vitae. 53 insidiis & manibus. 54 instituisset.

## CAPVT VIII.

**S**ed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium nosmetipos cum P. Cludio conferre 2 audeamus. Tolerabilia fuerunt illa 3: P. Clodii mortem aequo animo nemo ferre potest 4. Luget 5 senatus: moeret equester ordo: tota ciuitas confecta senio est 6: squalent 7 municipia 8: afflictantur coloniae: agri denique ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum ciuem 9 desiderant. Non fuit ea profecto causa, iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quaestionem 10 feren-  
dam: sed homo sapiens, & alta quadam mente praeditus, multa vidit: fuisse sibi il-

lum

1 Ironia. 2 comparare. 3 quod illi necati fuerunt, & quod Pompeio & mihi insidiae a Clodio structae sunt. 4 Ironia. 5 Ironia. 6 tota est in tristitia. 7 lugubres vester induerunt. 8 libera oppida. 9 Clodium. 10 nouam formam iudicij militaris instituendam,

11 Clo-



lum <sup>11</sup> inimicum, familiarem <sup>12</sup> Milonem. In  
communi omnium laetitia <sup>13</sup> si etiam ipse gau-  
deret: timuit, ne videretur infirmior fides re-  
conciliatae gratiae <sup>14</sup>. Multa etiam alia vidit,  
sed illud maxime: quamuis atrociter ipse tulis-  
set <sup>15</sup>, vos tamen <sup>16</sup> fortiter iudicaturos. Itaque  
delegit e florentissimis ordinibus ipsa lumina <sup>17</sup>:  
neque vero, quod nonnulli dicitant <sup>18</sup>, secreuit  
<sup>19</sup> in iudicibus legendis <sup>20</sup> amicos meos. Neque  
enim hoc cogitauit vir iustissimus, neque in bo-  
nis viris legendis <sup>21</sup> id adsequi <sup>22</sup> potuisset, etiam-  
si cupiisset. Non enim mea gratia familiaritati-  
bus continetur <sup>23</sup>, quae late patere non pos-  
sunt <sup>24</sup>, propterea quod consuetudines victus  
non possunt esse cum multis <sup>25</sup>: sed, si quid pos-  
sumus <sup>26</sup>, ex eo <sup>27</sup> possumus, quod <sup>28</sup> resp. <sup>29</sup> nos  
<sup>30</sup> coniunxit cum bonis: ex quibus <sup>31</sup> ille <sup>32</sup> cum  
opti-

<sup>11</sup> Clodium, <sup>12</sup> sed Milonem esse suum amicum. <sup>13</sup> ob  
mortem Clodi. <sup>14</sup> ne videretur, quasi non satis fideliter in  
gratiam rediisset cum Clodi familia, cuius frater dederat fi-  
liam in matrimonium <sup>vni</sup> ex filiis Pompeii. <sup>15</sup> quamvis  
ipse instiuisset horribile iudicium propter milites disposi-  
tos. <sup>16</sup> hoc non obstante. <sup>17</sup> praecipuos & amplissimos vi-  
ros. <sup>18</sup> clamant, aiunt. <sup>19</sup> se legit. <sup>20</sup> quando, dum judices  
elegit. <sup>21</sup> in electione bonorum virorum. <sup>22</sup> impetrare,  
diuinare. <sup>23</sup> non enim ideo homines mihi fauent, quoniam  
familiares multos haberem. <sup>24</sup> quoniam familiares mei  
non multi sunt. <sup>25</sup> quoniam oblectatio & voluptas & talis  
conuersatio cum multis mihi esse non poterit. <sup>26</sup> si quid ego  
valeo, & auctoritate mea possum. <sup>27</sup> ob hanc causam id  
possum. <sup>28</sup> quoniam. <sup>29</sup> honestas & status ratioque rei-  
pub. <sup>30</sup> me, <sup>31</sup> bonis viris. <sup>32</sup> Pompeius.

33 ad

optimos viros legeret, idque maxime ad fidem suam 33 pertinere arbitraretur, non potuit legere 34 non studiosos mei 35. Quod vero te, L. Domiti, huic quaestioni praeesse 36 maxime voluit, nihil quae sicut aliud, nisi iustitiam, grauitatem, humilitatem, fidem. Tulit 37, ut 38 consularēm necesse esset: credo 39, quod 40 principum 41 munus 42 esse ducebat 43, resistere & leuitati multitudinis 44, & perditorum 45 temeritati. Et consularibus te 46 creauit 47 potissimum. Dederas 48 enim, quam 49 contemneres populares 50 insanias, iam ab adolescentia documenta 51 maxima.

33 ad fidelitatem & iustitiam suam, qua obstrictus erat reipublicae. 34 eligere. 35 meos amicos, honestos & bonos viros. 36 ut tu summus iudex effes in hoc iudicio. 37 in hoc iudicio milites ideo dispositi. 38 quemadmodum necesse erat, ut ipse, tanquam Consul creatus, ita faceret. 39 & arbitror, id ab ipso ideo factum esse. 40 quoniam. 41 summorum in republica virorum. 42 officium. 43 arbitrabatur. 44 plebis seditionis. 45 sceleratorum Clodianorum. 46 Lucium Domitium. 47 constituit Pompeius supremum iudicem in hac causa. 48 documenta. 49 quam vehementer. 50 populi, quae niterentur fauore populi. 51 exempla, testimonia, Proben.

## CAPVT IX.

**Q**UAMOBREM, iudices, vt aliquando ad causam crimenque i veniamus: si neque omnis confessio facti est inusitata: neque de causa quidquam nostra aliter, ac 2 nos vellemus 3, a senatu iudica-

1 Quod obiicitur Miloni. 2, quam. 3 optaremus.  
4 da-

indicatum est : & lator 4 ipse legis, cum esset con-  
trouersia nulla facti 5, iuris tamen disceptationem  
6 esse voluit ; & 7 electi iudices, & isti praepositus  
quaestioni 8, qui haec 9 iuste, sapienterque disce-  
ptet 10 : reliquum est, iudices, ut nihil iam aliud  
quaerere beatis, nisi, uter vtri nū insidias fecerit :  
quod quo facilius argumentis 12 perspicere possi-  
tis, rem gestam vobis dum breuiter expono, quae-  
so 13 diligenter attendite 14. P. Clodius cum sta-  
tuisset omni scelere 15 in praetura 16 vexare remp.  
videreretque ita tracta 17 esse comitia 18 anno supe-  
riore, ut non multos menses praeturam gerere  
posset : qui 19 non 20 honoris gradum spectaret, ut  
21 ceteri, sed & L. Paullum collegam effugere 22  
vellet, singulari virtute ciuem, & annum inte-  
grum ad dilacerandam 23 rempub. quaereret ; su-  
bito reliquit annum 24 suum, seque in annum  
proximum 25 transtulit, non religione 26 ali-  
qua,

4 dator. 5 de facto. 6 voluit tamen legislator, ut di-  
sputaretur & inquireretur, num iure aliquid factum sit nec  
ne. 7 & cum sint. 8 & cum L. Domitius summius index in  
hac quaestione sit constitutus. 9 hanc quaestione. 10 diiu-  
dicet. 11 an Clodius Miloni, an vero Milo Clodio. 12 per  
argumenta certa. 13 rogo vos. 14 auscultate. 15 per varia  
scelera, 16 si Praetor esset. 17 dilata, protracta. 18 conuen-  
tum populi, in quo de nouis Magistratibus agebatur. 19  
Clodius. 20 non tam. 21 quemadmodum ceteri obser-  
uare solent gradum honoris. 22 euitare, nolebat Paullum  
habere collegam in Praetura. 23 vexandam. 24 in quo  
poterat esse Praetor, si voluisset hunc honorem petere &  
gerere Praeturam. 25 in quo iterum institui debebant Co-  
mitia. 26 ob conscientiam suam.



qua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad praeturam gerendam, hoc est, ad euertendam rem publicam, plenum annum atque integrum. Occurrerat 27, mancam 28 ac debilem praeturam suam futuram, consule Milone 29: eum 30 porro summo consensu populi R. consulem fieri videbat. Consultit 31 se ad eius 32 competitores 33: sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam inuitis illis 34, gubernaret: tota ut 35 comitia suis, ut dictabat, humeris sustineret 36. Conuocabat tribus 37: se interponebat 38: coloniam nouam 39, delectum 40 perditissimorum conscribebat 41 ciuium. Quanto ille 42 plura miscebat 43, tanto hic 44 magis in dies conualefcebatur 45. Vbi 46 vidit homo 47 ad omnem facin⁹ paratissimus, fortissimum virum 48, inimicissimum suum, certissimum consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi R. saepe esse declaratum: palam agere coepit, & aperte dicere, occidendum 49 Milonem. Seruos agrestes & barbaros, quibus 50 filias

27 cogitabat. 28 non plenam, propter annum non integrum. 29 dum Milo Consul esset. 30 Milonem. 31 accessit. 32 Milonis. 33 qui simul cum Milone Consulatum petebant. 34 contra voluntatem reliquorum Competitorum. 35 veluti. 36 portaret. 37 centurias, in quas populus erat diuisus. 38 impedire studebat electionem Milonis pollendo & persuadendo. 39 vel: Coloniam nouam. 40 quae Colonia delectus erat. 41 conuocabat. 42 Clodius. 43 turbabat. 44 Milo. 45 tanto plura suffragia acquirebat. 46 postquam. 47 Clodius. 48 Milonem. 49 interficiendum esset. 50 eum quibus.

51 v.a.

uas publicas depopulatus erat <sup>51</sup>, Etruriamque vexarat, ex Apennino <sup>52</sup> deduxerat <sup>53</sup>, quos videbatis, res erat minime obscura <sup>54</sup>. Etenim palam dictitabat, consulatum Miloni eripi non posse: vitam posse <sup>55</sup>. Significauit <sup>56</sup> hoc saepe in senatu: dixit in concione <sup>57</sup>: quin <sup>58</sup> etiam Fauonio, fortissimo viro, quaerenti ex eo <sup>59</sup>, qua spe fureret Milone viuo <sup>60</sup>, respondit, triduo <sup>61</sup> illum <sup>62</sup>, ad sumnum quatriduo periturum: quam vocem <sup>63</sup> eius ad hunc M. Catonem statim Fauonius detulit <sup>64</sup>.

---

<sup>51</sup> vastauerat, in quibus exercuerat sua latrocinia. <sup>52</sup> monte. <sup>53</sup> in provincia Italiae. <sup>54</sup> aperta, omnibus nota. <sup>55</sup> eripi Miloni. <sup>56</sup> indicauit, dixit. <sup>57</sup> conuentu populi. <sup>58</sup> imo. <sup>59</sup> cum Fauonius ipsum interrogaret. <sup>60</sup> quam dia viueret Milo. <sup>61</sup> intra tres dies. <sup>62</sup> Milonem. <sup>63</sup> sermonem, responsionem. <sup>64</sup> indicauit.

#### CAP V T X.

Interim cum sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solenne <sup>1</sup>, legitimum, necessarium, ante diem XIII. Kalendas Februarii Miloni esse <sup>2</sup> Lanuum <sup>3</sup> ad flaminem prodendum <sup>4</sup>, quod <sup>5</sup> erat dictator <sup>6</sup> Lanuuii Milo: Roma <sup>7</sup> subito ipse <sup>8</sup> profectus pri- die <sup>9</sup> est, vt ante suum fundum <sup>10</sup> (quod re <sup>11</sup> intellectum est) Miloni insidias collocaret <sup>12</sup>:

que

---

<sup>1</sup> Annuum. <sup>2</sup> a Milone instituendum esse. <sup>3</sup> oppidum Latii, in dextro latere viae Appiae. <sup>4</sup> vt nominaret aliquem Sacerdotem Iunori Sospitae, cuius templum erat Lavinii. <sup>5</sup> quoniam. <sup>6</sup> summus Magistratus. <sup>7</sup> ex urbe Roma. <sup>8</sup> Clodius. <sup>9</sup> viuum dieni antequam Milo proficisceretur. <sup>10</sup> villam. <sup>11</sup> ex euentu. <sup>12</sup> facheret, strenseret,

Q<sup>s</sup>

1362-

que ita profectus est, ut concionem <sup>13</sup> turbulenta-  
tam, in qua eius furor desideratus est <sup>14</sup>, quae illo  
ipso die habita est, relinqueret: quam <sup>15</sup> nisi obi-  
re <sup>16</sup> facinoris locum, tempusque voluisset, nun-  
quam reliquisset. Milo autem cum in senatu  
fuisset eo die, quoad <sup>17</sup> senatus dimissus est, do-  
mum venit, calceos & vestimenta mutauit: pau-  
lisper, dum <sup>18</sup> se vxor (vt fit <sup>19</sup>) comparat <sup>20</sup>,  
commoratus est: deinde profectus est id <sup>21</sup> tem-  
poris, cum iam Clodius, siquidem eo die Romam  
venturus erat <sup>22</sup>, redire potuisset. Obuiam fit ei  
Clodius expeditus <sup>23</sup>, in equo, nulla rheda <sup>24</sup>, nul-  
lis impedimentis, nullis Graecis comitibus <sup>25</sup>, vt  
solebat; sine vxore, quod nunquam fere <sup>26</sup>? cum  
<sup>27</sup> hic insidiator, qui iter illud ad caedem facien-  
dam apparasset, cum vxore veheretur <sup>28</sup> in rheda,  
paenulatus <sup>29</sup>, vulgi <sup>30</sup> magno impedimento, ac  
muliebri & delicato ancillarum puerorumq; co-  
mitatu. Fit <sup>31</sup> obuiam Cladio ante fundum eius,  
hora fere vndecima, aut non multo secus <sup>32</sup>: sta-  
tim

<sup>13</sup> conuentum populi. <sup>14</sup> defuit. <sup>15</sup> Concionem. <sup>16</sup>  
obseruare. <sup>17</sup> postquam. <sup>18</sup> dum interim. <sup>19</sup> quemadmo-  
dum fieri solet. <sup>20</sup> parat ad iter cum marito suscipiendum.  
<sup>21</sup> eo tempore. <sup>22</sup> Romam redire voluisset. <sup>23</sup> para-  
tus. <sup>24</sup> non vehebatur in rheda. <sup>25</sup> non habebat tunc se-  
cum Graecos famulos, qui ipsum alias comitari solebant.  
<sup>26</sup> facere consuevit. <sup>27</sup> cum tamen. <sup>28</sup> vectus fuerit, cum ex  
vrbe proficiseretur. <sup>29</sup> indutus paenula, *Reise - Kleid*,  
*Campagne-Rock, Reise-Mantel.* <sup>30</sup> multos habebat secum  
seruos. <sup>31</sup> Milo fit, <sup>32</sup> aut non diu post horam illam.

33 gla.

tim complures cum telis 33 in hunc 34 faciunt de  
 35 loco superiore impetum: aduersi 36 rhedarium  
 occidunt. Cum autem hic 37 de rheda, reiecta  
 38 paenula, desiluisse, seque acri animo defende-  
 ret: illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis,  
 partim recurrere ad rhedam, ut a tergo Milonem  
 adorirentur: partim, quod hunc iam interfectum  
 putarent, caedere incipiunt eius seruos, qui post  
 39 erant: ex quibus qui animo fidei in dominum  
 erant & praesentes 40 fuerunt, partim occisi sunt,  
 partim, cum ad 41 rhedam pugnari viderent, &  
 domino succurrere prohiberentur 42, Milonem-  
 que occisum 43 etiam ex ipso Clodio audirent, &  
 ita esse putarent, fecerunt 44 id serui Milonis (di-  
 cam enim non deriuandi criminis causa 45, sed ut  
 factum est) neque imperante, neque sciente, ne-  
 que praesente domino, quod suos quisque seruos  
 in tali re 46 facere voluisset.

33 gladiis. 34 Milonem. 35 ex loco edito. 36 retro. 37  
 Milo. 38 postquam reiecerat a se paenulam. 39 currum.  
 40 forti, audaci. 41 apud. 42 impedirentur. 43 inter-  
 perfectum esse. 44 occiderunt Clodium. 45 quasi ego velim  
 transferre caedem a Milone ad eius seruos, & his tribuere  
 culpatum. 46 casu.

## CAPVT XI.

**H**aec, sicut exposui <sup>1</sup>, ita gesta sunt, iudices: in-  
 sidiator superatus <sup>2</sup>, vi victa vis <sup>3</sup>, vel potius <sup>4</sup>  
 oppressa virtute <sup>5</sup> audacia <sup>6</sup> est. Nihil dico quid  
<sup>7</sup> resp.

<sup>1</sup> Narravi. <sup>2</sup> occisus est. <sup>3</sup> & vis illata victa fuit per  
 vim. <sup>4</sup> ut rectius dicam. <sup>5</sup> per fortitudinem defensionis.  
<sup>6</sup> Clodii aggressoris.

Q 3

7 quam-

7 resp. consecuta sit 8 : nihil, quid vos 9 : nihil,  
 quid omnes boni : nihil sane id profit 10 Milo-  
 ni, qui hoc fato 11 natus est, vt ne se quidem fer-  
 uare potuerit, quin 12 vna 13 rempublicam vos-  
 que seruaret. Si id 14 iure non 15 posset, nihil ha-  
 beo, quod defendam : sin 16 hoc & ratio 17 do-  
 etis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & fe-  
 ris 18 natura ipsa praescripsit, vt omnem semper  
 vim, quacunque ope 19 possent, a corpore, a  
 capite, a vita sua propulsarent ; non potestis hoc  
 facinus 20 improbum 21 iudicare, quin simul iu-  
 dicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut  
 illorum telis 22, aut vestris 23 sententiis esse  
 pereundum 24. Quod 25 si ita putasset : certe  
 optabilius 26 Miloni fuit 27 dare iugulum 28  
 P. Cludio, non semel ab illo, neque tum 29 pri-  
 mum 30 petitum 31, quam iugulari 32 a vobis,  
 quia 33 se illi non iugulandum tradidisset. Sin  
 hoc nemo vestrum ita sentit, illud iam in iu-  
 dicium venit 34 non 35 , occisusne sit, quod  
 fate-

7 quantum bonum. 8 per Clodii mortem. 9 ex ea con-  
 secuti sitis. 10 prodeesse poterit. 11 hac voluntate deorum,  
 hoc modo. 12 vt non. 13 simul. 14 occidere insidiatorem.  
 15 nihil. 16 quod si vero. 17 sana ratio. 18 bestiis. 19 ratio-  
 ne, modo, auxilio. 20 caedem Clodii. 21 iniustum. 22  
 per tela latronum. 23 per vestras. 24 interfici necessario  
 oportere omnes illos. 25 si Milo hoc credidisset. 26 me-  
 lius. 27 fuisset. 28 collam. 29 illo tempore. 30 prima  
 vice, 31 saepius iam insidiatus est Clodius vitae Milonis. 32  
 interfici, puniri. 33 ex hac causa, quia se non passus effet in-  
 interfici a Clodio. 34 disquiritur. 35 non hoc queritur.

36 hoc



fatemur: sed 36 iure, an iniuria: quod multis ante in causis 37 iam quaesitum est. Insidias factas esse 38 constat 39: & id est, quod senatus contra remp. factum iudicavit: ab vtro 40 factae sint, incertum est, de hoc igitur latum est 41, vt quaeretur. Ita & senatus rem 42, non hominem 43, notauit 44: & Pompeius de iure, non de facto, quaeſtionem tulit. Num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi utrū vtri insidias fecerit? profecto nihil 45. Si hic illi; vt ne sit impune 46: si ille huic 47; tum 48 nos scelere 49 soluamur 50.

36 hoc quaeritur, an Clodius occisus sit iure &c. 37 ex. emplis. 38 Miloni a Clodio. 39 certum & indubitatum est partim ex antea dictis. 40 an a Clodio, an vero a Milone. 41 sententia dicta, lex lata est a Pompeio. 42 caedem. 43 Milonem. 44 putauit esse inquirendam. 45 aliud iam quaeritar. 46 si Milo Clodio struxit insidias, tunc necesse est, vt ille puniatur. 47 si vero Clodius Miloni struxit insidias. 48 ut tam. 49 a crimine, 50 liberetur Milo & absoluatur.

## CAPVT XII.

**Q**uoniam igitur pacto 1 probari 2 potest, insidias Miloni fecisse Clodium? satis 3 est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua 4 docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum 5, CVI BONO 6 FVERIT, in his personis  
7 valeat

1 Modo 2 demonstrari. 3 facile. 4 Clodio, qui furenti bestiae similis est. 5 Cassii dictum, proverbiū. 6 in quem finem, quo respectu.

7 valeat 8: et si boni nullo 9 emolumento impelluntur 10 in fraudem 11, improbi saepe paruo 12. Atqui 13 Milone imperfecto Clodius hoc assequatur, non modo ut praetor esset non 14 eo consule, quo 15 sceleris nihil facere posset: sed etiam ut his 16 consulibus praetor esset, quibus si non adiuuantibus, at conniuentibus 17 certe, sperasset se posse remp. eludere 18 in illis suis cogitatis furoribus 19: cuius 20 illi 21 conatus 22, ut ipse ratiocinabatur 23, nec, si reprimere possent cuperent, cum tantum beneficium 24 ei se debere 25 arbitrarentur: &, si vellent, fortasse vix possent frangere 26 hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate 27 audaciam. An vero iudices, vos soli ignoratis, vos hospites 28 in hac vrbe versamini? vestrae peregrinantur 29 aures,

ne-

7 Milone & Clodio. 8 locum habeat. 9 ne per maximas quidem utilitates. 10 coriciuntur, excitantur. 11 ad committendum aliquod crimen, vel, ut Horatius dicit: oderunt peccare boni virtutis amore. 12 improbi autem saepe exercitantur ad facinus per leuem utilitatem. 13 iam vero. 14 dum Milo consul amplius non esset. 15 qui Milo quamdiu Consul esset, Clodius nullum scelus audere poterat. 16 Hypsaeo & Scipione, competitoribus Milonis. 17 permittentibus. 18 vexare. 19 sceleribus. 20 Clodii. 21 Consules, Hypsaeus & Scipio. 22 audaciam. 23 arbitrabatur, sibi persuadebat. 24 Consulatum. 25 acceptum referre. 26 debitare, reprimere, coercere. 27 per longum tempus. 28 peregrini, omnium rerum ignari. 29 nihil audierunt unquam de audacia Clodii.

30 ne-



neque 30 in hoc peruagato 31 ciuitatis sermone  
versantur 32, quas ille leges (si leges nominandae  
sunt, ac non faces 33 vrbis, & pestes reip.) fuerit  
imposituras nobis omnibus, atque iustus 34?  
Exhibe, quaeſo, Sexte Clodi, exhibe librarium 35  
illud legum vestrarum, quod 36 te aiunt eripuisse  
e domo, & ex mediis armis turbaque nocturna,  
tanquam Palladium 37 sustulisse, vt p̄aeclarum  
inde munus 38 ac instrumentum 39 tribunatus ad  
aliquem, si nauctus esſes, qui tuo 40 arbitrio tribu-  
natum gereret, deferre posſes. Et 41 adspexit me  
illis quidem oculis 42, quibus 43 tum solebat, cum  
omnia omnibus minabatur. Mouet 44 me quip-  
pe 45, lumen 46 curiae.

30 neque aures vestræ. 31 omnibus neto, qui per totam  
ciuitatem percrebuit. 32 occupantur. 33 seditiones, peri-  
cula. 34 tanquam seruis, quibus stigma, seu nota seruitutis  
iaurebatur. 35 cistam & thecam, in qua leges vestræ re-  
conditæ sunt. 36 librarium. 37 rem sanctam & inviolabi-  
lem. 38 donum. 39 tanquam rationarium & breuiarium,  
quo sequentes Tribuni plebis uti posſent. 40 iuxta tuam  
voluntatem. 41 & Sextus Clodius, cum haec ex me audi-  
ret. 42 toruis, minacibus. 43 qualibus oculis me solebas  
illo tempore aspicere. 44 conturbat. 45 Ironia. 46 hic  
egregius vir, qui velut lumen curiae est; scilicet.

## CAPVT XIII.

**Q**Vid? tu me iratum, Sexte, putas tibi, cuius tu  
inimicissimum i multo crudelius etiam pu-  
nitus es 2, quam erat humanitatis meæ postulare 3:

Tu

1 Clodium, quem tu cremaſti mortuum. 2 puniuiſti. 3  
quam ego unquam postulaſsem, qui crudelis non sum.

Qs

4 Ma-

Tu P. Clodii cruentum cadauer eiecisti domo:  
 tu in publicum eiecisti: tu spoliatum imaginibus 4, exequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum 5, nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Quam rem et si necesarior fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromfisti 6 tuam, laudare non 7 possum, irasci certe non debedo 8. P. Clodii praeturam non sine maximo rerum nouarum 9 metu proponi, & solutam fore 10 videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet, possetque constringere 11. Eum 12 Milonem esse cum sentiret vniuersus populus R. quis dubitaret suffragio 13 suo se metu, periculo rempublicam liberare? At non 14, P. Clodio remoto 15, vſitatis iam rebus enitendum est 16 Miloni, vt tueatur 17 dignitatem suam. Singularis illa huic 18 vni concessa gloria, quae quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis 19, iam morte Clodii cecidit 20. Vos adepti estis 21, ne quem

22 ci-

4 Maiorum, quae in funeribus geri solebant. 5 quod totum combustum non erat. 6 prodidisti, impendisti. 7 non quidem. 8 tibi ob hanc rem. 9 periculosarum. 10 constitutam, vel finitam. 11 coercere, reprimere. 12 cum vero intelligeret populus, tantam auctoritatem esse in Milone, vt is posset coercere Clodium. 13 per consensum suum, 14 non vſitatis, insolitis modis, per singularem defensionem. 15 postquam cum Summa reipublicae utilitate occisus est Clodius. 16 id agere & efficere cogitur Milo. 17 defendat & conseruet. 18 Miloni. 19 dum reprimebat furores Clodii. 20 in periculum adducitur, diminuitur. 21 per mortem Clodii.

22 am-



22 ciuem metueritis : hic 23 exercitationem vir-  
tutis, suffragationem consulatus, fontem peren-  
nem gloriae suae perdidit 24. Itaque Milonis  
consulatus, qui, viuo 25 Clodio, labefactari 26  
non poterat, mortuo 27 denique tentari 28 coe-  
ptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed ob-  
est etiam P. Clodii mors Miloni. At valuit odi-  
um 29, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor in-  
iutiae, punitor doloris sui. Quid, si haec, non  
dico maiora fuerunt in Clodio, quam in Milo-  
ne, sed in illo 30 maxima 31, nulla in hoc 32 ?  
quid vultis amplius ? quid 33 enim odisset Clo-  
dium Milo, segetem ac materiam suae 34 glo-  
riae, praeter 35 hoc ciuale odium, quo omnes  
improbos odimus ? Ille erat 36 vt odisset pri-  
mum defensorem salutis meae : deinde vexato-  
rem 37 furoris, domitorem armorum suorum :  
postremo etiam accusatorem. Reus enim Mi-  
lonis lege 38 Plotia, fuit Clodius, quoad 39 vi-  
xit. Quo tandem animo hoc 40 tyrannum 41 tu-  
lissemus

22 amplius aliquem. 23 Milo. 24 dum ob caedem iu-  
stam Clodii in ius vocatur. 25 dum ille vinebat. 26 ad rui-  
nam propelli. 27 post mortem Clodii. 28 labefactari. 29  
sed dicunt aduersarii : Milo prosequutus est odio Clodium.  
30 Clodio. 31 haec omnia, odium, dolor, inimicitia, fue-  
runt erga Milonem. 32 Milone erga Clodium. 33 ex qua  
causa. 34 qui Clodius in causa erat, ut Milo maximam glo-  
riam impetraret. 35 tale quidem odium Milo gessit contra  
Clodium. 36 hunc animum habebat Clodius. 37 inimicum.  
38 iuxta legem Plotiam. 39 quamdui. 40 hanc mentem Mi-  
lonis. 41 Clodium, qui nullius paruit legibus.

lisſe creditis? quantum odium illius, &c, in ho-  
mine iniusto, quam etiam iustum 42?

42 cuius, licet iniusti hominis, cauſae tamen odii in Mi-  
lonem, accusatorem ſaum, iustae erant.

## CAPVT XIV.

**R**Eliquum eſt, vt iam illum i natura ipſius,  
consuetudoque defendat: hunc 2 autem  
haec eadem 3 coarguant 4? nihil 5 per vim un-  
quam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo,  
iudices? cum 6 moerentibus vobis 7, vrbe cefſi 8,  
iudiciumne timui? non 9 feruos, non arma, non  
vim? Quae fuifſet igitur cauſa restituendi  
mei 10, niſi ei 11 fuifſet iniusta 12 eiiciendi 13?  
Diem mihi, credo, dixerat 14: multam 15 irroga-  
rat 16: auctionem perduellionis intenderat 17:  
& mihi, iudices, in cauſa aut veftra mala, aut mea  
nec praeclarissima etiam iudicium timendum  
fuit 18. Seruorum & egentium ciuium & faci-  
norosorum armis meos ciues, meis 19 consiliis  
peri-

1 Milonem. 2 Clodium. 3 natura & consuetudo ipſius.  
4 accuſent. 5 fecit. 6 quando ego. 7 cum lacrymis veftris.  
8 ex vrbe proſectus sum in exilium, quoniam id volebat  
Clodius. 9 annon timui feruos, quos Clodius contra me  
excitatbat? 10 vt ego restituerer. 11 Clodio. 12 cauſa. 13 vt  
ego pellerer ex vrbe. 14 accuſauit me apud populum. 15  
poenam pecuniariam. 16 mihi imposuerat. 17 me voluerat  
accuſare tanquam hostem patriae. 18 ſi ea cauſa mala fuit:  
veftra fuit, nam, quia vos iuſſiſtis, & propter vtilitatem ve-  
ſtram, ego gulas fregi ſociis Catilinae: ſin bona cauſa eſt,  
ergo ego habeo magnam laudem. Igitur in iſtiuſmodi cau-  
ſis numquid iudicium timerem? 19 per mea.

20 tra-



periculisque seruatos, pro me obiici 20 nolui. Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium, lumen & ornamentum reip. pene interfici seruorum manu 21, cum mihi adesset 22: quia in turba C. Vibie-nus, senator, vir optimus, cum hoc 23 cum esset vna 24, ita est multatus 25, ut vitam amiserit. Itaque quando illius 26 postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquieuit? Haec intentata nobis est 27: huic ego vos obiici 28 pro me 29 non sum passus; haec insidiata Pompeio est, haec 30 istam Appiam, monumentum sui no-minis, nece 31 Papirii cruentauit: haec eadem longo interuallo 32 conuersa rursus est in me: nuper quidem, vt scitis, me ad regiam 33 pene confecit 34. Quid simile Milonis 35? cuius vis omnis haec semper fuit, ne P. Clodius, cum in iudicium detrahi non posset, vi oppres-sam ciuitatem teneret 36. Quem si interficere voluisset, quantae 37, quoties occasiones, quam praeclarae fuerunt? Potuitne, cum domum ac deos penates suos, illo 38 oppugnante, de-fenderet, iure se vlcisci? potuitne 39, ciue egre-gio & viro fortissimo, P. Sextio, collega suo vul-

---

20 tradi, occidi. 21 a manu. 22 cum staret prope me, cum causam meam defenderet. 23 Hortensio. 24 cum esset apud ipsum. 25 vulneratus. 26 Clodii. 27 hanc sicam voluit quoque in nostra latera defigere. 28 ut vos ab eo oc-cideremini. 29 pro meae salutis conservatione. 30 sica Clo-dii. 31 per mortem & caedem. 32 post longum tempus. 33 viam. 34 interfecit. 35 potestne igitur aliquid simile de Milone dici? 36 occuparet. 37 occasiones ad id perfici-endum. 38 cum Clodius domum Milonis oppugnaret. 39 hoc facere.

Q 7

40 cum

vulnerato 40? potuitne, Q. Fabricio, viro optimo, cum reditu meo legem ferret, pulso 41, crudelissima in foro caede facta 42? potuitne, L. Caecilii, iustissimi fortissimique praetoris, oppugnata domo 43? potuitne illo die, cum est lata lex de me? cum totius Italiae concursus, quem mea fuis concitarat, facti illius 44 gloriam libens agnouisset: ut etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudem 45 pro sua 46 vindicaret 47?

40 cum vulneratus esset Sextius. 41 cum in exilium peleretur Fabricius. 42 & cum facta esset caedes &c. 43 eo tempore, quo oppugnabatur dominus Caecilii. 44 si occisus esset Clodius. 45 de occiso Clodio. 46 laude. 47 si tibi tribueret, acciperet, haberet.

### CAPVT XV.

**A**Tqui erat id 1 temporis clarissimus & fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestrae voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meae: septem 2 praetores, octo tribuni plebis, illius 3 aduersarii, defensores mei: Cn. Pompeius auctor & dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute 4 mea grauissimam & ornatissimam 5 secutus est: qui populum R. cohortatus est: qui, cum de me decretum Capuae 6 fecisset, ipsae cunctae Italiae cupienti 7, & eius fidem imploranti, signum dedit, ut ad me restituerentur.

1 Illo tempore. 2 aderant. 3 Clodii. 4 restituzione. 5 praeclarum, omni laude dignam. 6 in urbe Capua. 7 quae desiderabat meum reditum. 8 Clo-

tuendum Romam concurrerent. Omnia tum de-  
nique in illum <sup>8</sup> odia ciuium ardebant desiderio  
mei <sup>9</sup>: quem <sup>10</sup> qui tum <sup>11</sup> interemisset, non de  
impunitate eius, sed de praemiis cogitaretur <sup>12</sup>.  
Tamen se Milo continuit <sup>13</sup>, & P. Clodium ad iu-  
dicium bis, ad vim nunquam vocauit <sup>14</sup>. Quid  
<sup>15</sup>? priuato Milone, & reo <sup>16</sup> ad populum, accu-  
sante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium pro Milo-  
ne dicentem impetus factus est: quae <sup>17</sup> tum non  
modo occasio, sed etiam causa illius <sup>18</sup> oppri-  
mendi <sup>19</sup> fuit? Nuper vero cum M. Antonius  
summam spem salutis bonis omnibus attulif-  
set, grauissimamque adolescens nobilissimus  
reipublicae partem <sup>20</sup> fortissime suscepisset, at-  
que illam belluam, iudicii laqueos declinan-  
tem <sup>21</sup>, iam irretitam teneret <sup>22</sup>: qui locus,  
quod tempus illud, dii immortales, fuit <sup>23</sup>?  
cum se ille <sup>24</sup> fugiens in scalarum tenebras ab-  
didisset <sup>25</sup>, magnum <sup>26</sup> Miloni fuit <sup>27</sup> con-  
fice-

<sup>8</sup> Clodium. <sup>9</sup> quoniam vehementer me desiderabant.  
<sup>10</sup> Clodium. <sup>11</sup> illo tempore. <sup>12</sup> non cogitatum fuisse so-  
lum de eo non puniendo, sed etiam praemiis afficiendo. <sup>13</sup>  
quietus fuit, non aggressus est Clodium, quod facere tamen  
potuisset impune. <sup>14</sup> traxit. <sup>15</sup> porro dicam. <sup>16</sup> cum Mi-  
lo magistratum non gereret, sed viueret priuatus, & apud  
populum accusaretur a Clodio. <sup>17</sup> quam egregia. <sup>18</sup> Clo-  
dii. <sup>19</sup> interficiendi. <sup>20</sup> defensionem ordinis equestris  
contra Clodium. <sup>21</sup> qui nolebat in iudicium trahi. <sup>22</sup> iam  
ita teneret constrictam, ut vix effugere posset. <sup>23</sup> tunc opti-  
ma occasio & commodum tempus fuisset eum interficiendi.  
<sup>24</sup> Clodius. <sup>25</sup> occultasset. <sup>26</sup> facile. <sup>27</sup> fuisset.

28 ita

ficere illam pestem nulla sua inuidia 28, Antonii vero maxima gloria 29? Quid? comitiis 30 in campo quoties potestas fuit 31? cum ille vi in septa 32 irruisset, gladios distringendos, lapides iaciendos curasset, deinde subito, vultu 33 Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos 34 & omnes boni vota faceretis, ut Miloni vti virtute sua liberet 35?

28 ita, ut nullum odium ob eam rem in se suscepisset apud alios. 29 cum gloria. 30 in comitiis. 31 Clodium occidendi. 32 in locum comitiorum circumdatum septo. 33 per vultum & praesentiam. 34 cum vos. 35 ut vellet Milo interficere Clodium, quod facile perficere potuisset.

## CAPVT XVI.

**Q**uem igitur cum omnium gratia 1 noluit 2, hunc 3 voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco 4, quem tempore, quem impune non est ausus 5, hunc 6 iniuria, iniquo 7 loco, alieno 8 tempore, periculo 9 capitis non dubitauit occidere? praesertim, iudices, cum honoris amplissimi contentio 10, & dies comitiorum subesset 11: quo quidem tempore (scio enim, quam timida sit ambitio 12, quantoque, & quam felicita 13 cupiditas consulatus) omnia non modo, quae reprehendi palam sed

1 Bona voluntate, consensu. 2 occidere. 3 an voluisset eum iam occidere, praesertim aliqui de caede possent quaeri. 4 iusto. 5 occidere. 6 an probabile est, quod non dubitauerit, quod voluerit hunc occidere. 7 incommodo. 8 inepte, non conuenienti. 9 cum periculo vitae suae. 10 competitio Consulatus. 11 adesset. 12 cupiditas honorum, Praeturae, Consulatus, 13 meticulosa, timens semper peioris.

14 clan-



sed etiam quae obscure <sup>14</sup> cogitari possunt time-  
mus: rumorem, fabulam <sup>15</sup> fictam, falsam per-  
horrescimus: ora omnium, atque oculos intue-  
mur <sup>16</sup>. Nihil enim est tam molle, tam tenerum,  
tam aut fragile, aut flexibile <sup>17</sup>, quam voluntas <sup>18</sup>  
erga nos, sensusque <sup>19</sup> ciuium: qui non modo  
improbitati irascuntur candidatorum <sup>20</sup>, sed et-  
iam in recte factis saepe fastidiunt <sup>21</sup>. Hunc diem  
igitur campi <sup>22</sup> speratum, atque exoptatum sibi  
proponens Milo, cruentis manibus scelus & faci-  
nus prae se ferens <sup>23</sup> & confitens, ad illa augusta  
centuriarum auspicia <sup>24</sup> veniebat? quam hoc  
non <sup>25</sup> credibile in hoc <sup>26</sup>? quam idem in Clodio  
non dubitandum <sup>27</sup>, quin se, imperfecto Milone,  
regnaturum <sup>28</sup> putaret? Quid? quod caput <sup>29</sup>  
audaciae est, iudices: quis ignorat, maximam ille-  
cebram esse peccandi, impunitatis <sup>30</sup> spem? In  
utro igitur haec <sup>31</sup> fuit? in Milone? qui etiam  
nunc reus est <sup>32</sup> facti <sup>33</sup>, aut praeclari, aut certe  
necessarii? an in Clodio? qui ita iudicia, poe-  
nam-

---

<sup>14</sup> clanculum, tacite. <sup>15</sup> sermones communes hominum.  
<sup>16</sup> prae, vel, ex metu. <sup>17</sup> quod facile frangi & flecti pot-  
est. <sup>18</sup> benevolentia. <sup>19</sup> fauor. <sup>20</sup> qui honores & Magi-  
stratus petunt. <sup>21</sup> sit saepius etiam, ut ciues fastidium ha-  
beant ab iis, qui tamen recte fecerunt. <sup>22</sup> Martii, in quo  
electio Magistratum fiebat. <sup>23</sup> ostentans, &c in eo glori-  
ans. <sup>24</sup> sacrificia, electionem. <sup>25</sup> non est. <sup>26</sup> Milone. <sup>27</sup>  
de Clodio autem hoc facinus in dubium non ponit debet.  
<sup>28</sup> Consulem fore. <sup>29</sup> fons & causa permouens. <sup>30</sup> si  
crimina & vitia non puniuntur. <sup>31</sup> audacia. <sup>32</sup> accusatur,  
arguitur. <sup>33</sup> caedis.

34 diu

namque contemserat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges licet? Sed quid ego argumentor 34? quid plura disputo? te Q. Petilli, appello 35, optimum & fortissimum ciuem: te, M. Cato, testor: quos mihi diuina quaedam fors dedit iudices. Vos ex M. Faunio audistis, Clodium sibi 36 dixisse, & audistis, viuo 37 Clodio, peritum Milonem triduo 38. Post diem tertium gesta res 39 est, quam 40 dixerat. Cum ille non dubitaret aperire 41, quid cogitaret; vos potestis dubitare, quid 42 fecerit?

---

34 diu ratiocinor. 35 voco in testem. 36 Faunio. 37 si viveret Clodius. 38 intra tres dies. 39 caedes Clodii. 40 postquam dixerat. 41 palam dicere. 42 contra Milonem.

### CAPUT XVII.

**Q**uemadmodum igitur eum dies non fefellerit 1? dixi equidem modo 2. Dictatoris Lanuini statu sacrificia nosse, negotii nihil erat 3, vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuum illo ipso, quo profectus est, die: itaque anteuertit 4. At quo 5 die? quo, ut ante dixi, insanissima concio 6 ab ipsius mercenario 7 tribuno plebis est concitata: quem diem ille,

---

1 Quomodo ergo scire potuit Clodius, Milonem peritum esse intra tres dies? 2 paullo ante. 3 facile poterat Clodius scire sacrificia Milonis, qui erat dictator Lanuui, quaeque in certum diem erant constituta. 4 ipsum occupauit, ante ipsum profectus est. 5 eo die, in quo. 6 plebs. 7 quem mercede corruperat.

8 cæ.



ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus & properaret, nunquam reliquisset. Ergo illi non ne causa quidem itineris, etiam causa manendi: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid, si, ut ille sciuit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Primum quaero, qui scire potuerit: quod vos idem in Clodio quaerere non potestis. Ut enim neminem alium: nisi T. Patinam, familiarissimum suum rogasset, scire potuit illo ipso die Lanuuii a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime scire posset: omnes scilicet Lanuuini. Milo de Clodii reditu vnde quaesiuit? quaesierit sane. Videte, quid vobis largiar. Seruum etiam, ut Arrius, meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia vestrorum, dixit C. Cassinius, cognomento Scola,

---

8 caudem Milonis. 9 properasset. 10 Clodio. 11 non solum habuit nullam causam itineris sui, sed etiam causam potius habuit manendi in urbe, & tamen profectus est. 12 Milo nec potuit nec debuit manere in urbe. 13 proficisciendi Lanuuium. 14 Milo etiam suspicari non potuit Clodium fore in via; sed Clodius tamen suspicari & scire potuit, Milonem fore in via. 15 quomodo. 16 et si. 17 interrogasset. 18 institui sacerdotem. 19 necessario oportere. 20 professionem Milonis. 21 apud quem. 22 ponamus etiam, quod Milo hoc quaesierit. 23 concedam, indulgam. 24 ponamus etiam hoc, quod corruperit sernum.

Scola, Interamnis 25, familiarissimus, & idem comes P. Clodii: cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora 26 Interamnae fuerat & Romae, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse, sed subito ei esse nunciatum, Cyrum architectum esse mortuum: itaque Romam repente constituisse proficisci, dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius.

25 ex oppido Interamnae ortus. 26 in hora.

### CAPVT XVIII.

**V**Idete 1, iudices, quantae res his testimonii sunt confectae 2. Primum certe 3 liberatur Milo, non eo consilio 4 profectus esse 5, ut insidiaretur in via Clodio: quippe qui ei obuius futurus omnino non erat: deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) scitis iudices, fuisse 6, qui in hac rogatione 7 suadenda dicent, Milonis manu caedem esse factam, consilio 8 vero maioris alicuius. Videlicet me latronem, ac sicarium abiecti 9 hominis, & perditi descriebant 10. Iacent suis 11 testibus 12, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse redditum. Respirauit: liberatus sum 12: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc perse-

quar

1 Ipsimet vos iudicate. 2 quam pulchre res conficiantur per haec testimonia. Ironia. 3 per haec testimonia aduersiorum. 4 intentione, animo. 5 quod proiectus non sit, 6 ali quos, qui dicent. 7 in qua noua quaestio de caede Clodii decreta est. 8 iussu, suisu, hortatu, auf anstiften. 9 viles, miseri. - 10 notabant, designabant, indigitabant. 11 cum suis, 12 ab omni metu. Ironia,

13 per-



quar<sup>13</sup> cetera, nam occurrit<sup>14</sup> illud: ne Clodius quidem de insidiis cogitauit, quoniam fuit in Alzano mansurus; siquidem exiturus ad caedem e villa<sup>15</sup> non fuisset. Video enim, illum, qui dicitur de Cyri morte nunciasse, non id<sup>16</sup> nunciasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid<sup>17</sup> de Cyro nunciaret, quem Clodius Roma<sup>18</sup> proficisciens reliquerat morientem? Vna<sup>19</sup> fui: testamentum simul obsignavi cum Clodio: testamentum autem palam fecerat, & illum<sup>20</sup> heredem & me scripserat<sup>21</sup>. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, cum<sup>22</sup> mortuum postridie<sup>23</sup> hora decima denique ei<sup>24</sup> nunciabatur?

<sup>13</sup> pertractabo. <sup>14</sup> in mentem mihi venit. <sup>15</sup> sua in via Appia. <sup>16</sup> mortem Cyri. <sup>17</sup> quam ob causam. <sup>18</sup> ex Roma. <sup>19</sup> simul ego fui apud morientem Cyrus. <sup>20</sup> Clodium. <sup>21</sup> constituerat. <sup>22</sup> Cyrus esse. <sup>23</sup> tertio die. <sup>24</sup> Clodio.

## CAPVT XIX.

**A**Ge, sit ita factum<sup>1</sup>: quae causa, cur Romam properaret? cur in noctem<sup>2</sup> se coniiceret? quid afferebat causa festinationis? quod<sup>3</sup> heres erat? primum erat nihil<sup>4</sup>, cur properato<sup>5</sup> opus esset: deinde, si quid<sup>6</sup> esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem<sup>7</sup>, si postridie mane Romam venisset? Atque ut illi nocturnus ad urbem aduentus vitandus potius, quam expertendus fuit:

<sup>1</sup> Quod nunciatum fuerit Clodio de morte Cyri. <sup>2</sup> cur noctu proficisci debuisse. <sup>3</sup> quoniam. <sup>4</sup> nulla causa. <sup>5</sup> properatione. <sup>6</sup> aliqua causa. <sup>7</sup> quod autem perderet.

fuit 8: sic Miloni, cum insidiator esset, se illum ad urbem noctu accessum sciebat, subsistendum 9 atque expectandum fuit 10. Noctu, inuidioso 11 & pleno latronum in loco occidisset: nemo ei neganti 12 non credidisset, quem esse omnes saluum, etiam confitentem, volunt. Sustinuissest hoc crimen 13 primum ipse ille latronum occultator & receptator locus 14, dum neque muta solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset Milonem: deinde ubi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam haec 15 timentes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria 16. Atque illo die certe Aricia 17 rediens deuertit Clodius ad Albanum. Quod nisi sciret Milo, illum Africae fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiamsi Romanum illo die reuerti vellet, ad villam suam, quae viam tangeret 18, deuersurum, cur neque ante occurrit 19, ne ille in via resideret 20: nec 21 eo in loco subsedit 22, quo 23 ille 24 noctu venturus esset? Video adhuc constare 25 omnia,  
iudi-

8 atque, quemadmodum Clodius debuisset potius vitare aduentum suum & non venire in urbem, quam in eam venire. 9 manendum. 10 fuisset. 11 periculo. 12 Miloni, si id negasset. 13 crimen hoc deriuatum fuisset in locum. 14 in quo latent & recipiuntur latrones. 15 hanc violenciam. 16 tanquam auctor caedis. 17 ex Aricia, quod oppidum est Latii. 18 quae sita esset ad viam. 19 venit ipsi in mentem. 20 maneret, antequam Clodius in villam veniret. 21 cur nec. 22 mansit, 23 ad quem. 24 Clodius, 25 congruere, iusta & proba.

26 Clo.



iudices: Miloni etiam utile fuisse Clodium viue-re: illi 26 ad ea 27, quae concupierat, optatissi-mum interitum Milonis fuisse: odium fuisse illi-us in hunc acerbissimum, in illum huius nullum 28: consuetudinem illius perpetuam in vi 29 infe-renda, huius 30 tantum in repellenda: mortem ab illo denunciaram Miloni, & praeditam palam, ni-hil vñquam auditum ex Milone: profectionis hu-ius diem illi notum, redditum illius huic ignotum fuisse: huius iter necessarium, illius etiam potius alienum 31: hunc prae se tulisse 32, se illo die Ro-ma exiturum, illum eo die se dissimulasse reditu-rum: hunc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilii finxisse 33: huic 34, si 35 insidiaretur, noctem 36 prope urbem expectan-dam: illi, etiam si hunc non timeret, tamen ac-cessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum.

---

26 Clodio autem. 27 scelera. 28 odium. 29 ut vim exerceret. 30 Milonis autem consuetudinem in eo semper fuisse positam, ut vim intentatam repelleret. 31 nec neces-sarium & plane incongruum. 32 publice dixisse. 33 quasi morte Cyri ad id cogeretur. 34 Miloni. 35 si voluisset struere insidias Clodio. 36 in qua Clodius redire debebat Romam.

### CAPVT XX.

**V**Ideamus nunc id, quod caput<sup>1</sup> est: locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit aptior. Id vero, iudices, etiam du-bitam-

---

<sup>1</sup> Praecipuum & primum in tota hac causa. <sup>2</sup> ubi pugna facta est. <sup>3</sup> an Miloni, an Clodio?



bitandum, & diutius cogitandum est? Ante fundum 4 Clodii: quo in fundo, propter insanias 5 illas substructiones 6, facile mille hominum versabatur 7 valentium 8. Edito 9 aduersarii atque ex celso loco superiorem se fore putabat Milo, & ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum elegerat. An in eo 10 loco est potius exspectatus ab eo, qui ipsius loci spe 11 facere impetum cogitarat? Res loquitur, iudices, ipsa: quae semper valet plurimum. Si haec 12 non gesta audiaretis, sed pieta videretis: tamen appareret, ut esset insidiator, vt nihil cogitaret mali, cum alter veheretur in rheda paenulatus 13, una 14 federet vxor, quid 15 horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes 16? quid minus promptum 17 ad pugnam, cum paenula 18 irretitus, rheda impeditus, vxore pene constrictus 19 esset? Videte 20 nunc illum 21, primum egredientem e villa, subito; cur? vesperi; quid necesse est? tarde; qui 22 conuenit, id 23 praesertim temporis? Diuertit in vil lam Pompeii. Pompeium vt videret? sciebat

4 ante villam Clodii hoc factum est. 5 ingentes. 6 aedificia, quibus margines villae sustinebantur. 7 erat, com morabatur. 8 robustorum, audacium. 9 in alto. 10 Clodio, 11 dum confidebat opportunitati loci. 12 hanc rem. 13 paenula indutus. 14 & simul cum eo in rheda. 15 maximum certe impedimentum est ex utraque hac re. 16 vxor imbellis. 17 aptum, idoneum. 18 per paenulam. 19 ut vix descendere ex rheda posset. 20 considerate. 21 Clodium. 22 quomodo. 23 hoc tempus vespertinum.

24 Prae-



bat in Alsiensi 24 esse 25. Villam ut perspiceret? millies in ea fuerat. Quid 26 ergo erat? mora & tergiuersatio 27, dum hic 28 veniret, locum relinquere noluit.

24 Praedio ad Alsum, oppidum Tusciae. 25 Pompeium. 26 quae causa. 27 cunctatio, expectatio. 28 usque duar Milo.

## CAPVT XXI.

**A**Ge: nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum vxore: tum 2 sine ea, nunquam non in rheda: tum in equo, comites Graeculi, quo-cunque ibat, etiam cum in castra Etrusca prope-rabat: tum nugarum 3 in comitatu nihil 4 Mi-lo, qui nunquam, tum casu 5 pueros symphonia-cos 6 vxoris ducebat 7, & ancillarum greges, il-le qui semper secum scorta, semper exoletos 8, semper lupas 9 ducebat, tum neminem, nisi vt virum a viro lectum esse dices 10. Cur igitur vinctus est 11? quia 12 non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur: quia, quamquam paratus 13 in imparatos 14 Iodius, tamen mulier 15 inciderat in viros 16. Nec vero

sic

1 Parati ad caedem Clodii. 2 illo autem tempore pro-fectus erat sine vxore. 3 in aurilium seruorum, in anis pom-pae. 4 cum eo erat. 5 fortuito. 6 musicos. 7 secum habebat. 8 scorta mascula. 9 meretrices. 10 nisi forte quis dicere velit, quod Clodius certos sibi tum viros elegerit, cum quibus aggredetur Milonem. 11 Clodius. 12 Mi-lo. 13 vir fortis. 14 mollis vir. 15 fortes.

R

16 sem.



sic erat vñquam non paratus 16 Milo contra illum, vt non satis fere esset paratus. Semper ille & quantum interesset 17 P. Clodii se 18 perire, & 19 quanto illi 20 odio esset, & quantum ille aude-  
ret, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis praemiis propositam, & pene addictam sciebat 21, nunquam in periculum sine praesi-  
dio, & sine custodia proiiciebat 22. Adde casus,  
adde incertos exitus pugnarum, Martemque  
communem 23: qui saepe spoliantem 24 iam, &  
exultantem euertit, & perculit ab abiecto 25. Ad-  
de inscitiam pransi 26, poti 27, oscitantis 28 ducis:  
qui cum a tergo hostem interclusum reliquisset:  
nihil de eius extremis comitibus cogitauit: in  
quos 29 incensos ira, vitamque domini desperan-  
tes 30 cum incidisset, haesit in iis poenis, quas ab  
eo serui fideles pro domini vita expetiuerunt 31.  
**Cur** 32 igitur eos manumisit 33? metuebat sci-  
licet 34, ne indicarent: ne dolorem perferre non  
pos-

16 semper erat Milo paratus contra Clodium. 17 quan-  
tam utilitatem exinde speraret Clodius. 18 Milonem. 19 &  
in. 20 apud illum. 21 sciebat Milo, quod contra vitam  
suam maxime proposita essent praemia a Clodio. 22 pre-  
cipitabat, dabat. 23 euentus belli, qui comitum esse solet  
in utraque parte. 24 viatorem, qui spoliat hostem. 25 victo.  
26 qui prandium sumserat, commissariis. 27 qui potator  
est. 28 ignavi, 29 comites Milonis. 30 qui serui seu co-  
mites desperabant de vita sui domini iam vulnerati. 31 qui  
Clodium interfecerunt, vt poenam ab eo sumerent pro domi-  
no, quem mortuam esse putabant. 32 cur Milo. 33 ipsos  
liberos fecit a seruitute. 34 Ironia.

35 hoc



possent: ne tormentis cogerentur, occisum esse a seruis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quaeris? occideritne? occidit. Iure, an iniuria? nihil 35 ad tortorem. Facti enim in equuleo quaestio est 36, iuris in iudicio.

35 hoc nihil pertinet ad tortorem. 36 in tortura quaeris. Iet de facto tantum, de iure autem quaeri solet in iudicio, non in tortura.

### CAPVT XXII.

**Q**uod igitur in causa querendum est, id agamus hic 1: quod tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu vero cur 2 miserit, si id potius queris, quam 3 cur parum 4 amplis affecerit praemiis: nescis inimici factum reprehendere 5. Dixit enim hic idem, qui 6 omnia semper constanter & fortiter, M. Cato: dixitque in turbulenta concione, quae tamen huius auctoritate placata est: non libertate solum, sed etiam omnibus praemiis dignissimos fuisse, qui 7 domini caput 8 defendissent. Quod enim praemium sat magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus seruis, propter quos viuit 9: etsi id quidem non tanti est 10, quam quod propter eosdem non sanguine & vulneribus suis, crudelissimi ini-

mici

1 Hoc loco iam, & dispiciamus, num iure Milo occiderit Clodium, an iniuria. 2 seruos. 3 quam id. 4 non potius seruos honorarit. 5 non satis callide reprehendis inimicum tuum. 6 dicit. 7 eos, qui. 8 vitam. 9 per quorum auxilium viuit & conseruatus est Dominus. 10 hoc quidem parum aestimat Milo, sed hoc ipsum male habet, quod non ipse potuerit occidere hostem, quoniam hoc servi fecerunt.

mici mentem oculosque satiauit: quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuissent conseruatores domini, vltores sceleris, defensores necis. Hic vero nihil habet in his malis 11, quod minus moleste ferat, quam 12, etiamsi quid ipsi accidat 13, esse tamen illis meritum praemium persolutum. Sed quaestiones vrgent Milonem, quae sunt habitae nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de 14 seruis? rogas? de P. Clodii. Quis eos postulauit? Appius, quis produxit? Appius, vnde? ab Appio. Dii boni, quid potest agi seuerius? De seruis nulla quaestio est in 15 dominum, nisi de incestu 16, vt 17 fuit in Clodium. Proxime deos accessit Clodius, proprius quam tum, cum ad ipsos penetrarat 18: cuius de morte, tanquam de caerimoniis 19 violatis, quaeritur. Sed tamen maiores nostri in 20 dominum de seruo quaeri 21 noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum & dominis morte ipsa tristius 22. In reum de seruis accusatoris cum quaeritur, verum 23 inueniri potest?

Age

11 hac calamitate. 12 quam id, quod ipsos dignis prae-  
misis affecerit. 13 etiamsi ideo tristem sententiam accipiat.  
14 quaestiones habitae sunt de seruis Clodii. 15 contra. 16  
de stupro incestuoso, quod commiserat Clodius. 17 quem-  
admodum quaestio habita fuit de seruis Clodii. 18 Clodius  
nunc in coelum ad deos venit paulo proprius, quam illo  
tempore, quo sororem suam turpiter amauerat, tanquam al-  
ter Iupiter. 19 sacris rebus. 20 contra. 21 quaestionem &  
torturam. 22 quoniam hoc modo salus dominorum posita  
orat in confessione & arbitrio seruorum. 23 veritas.

24 in.



Age vero, quae erat, aut qualis quaestio <sup>24</sup>? Heus ybi Ruscio, (verbi causa <sup>25</sup>) Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux <sup>26</sup>. Nullas fecit, sperata libertas. Quid hac quaestione certius? Subito arrepti in quaestionem, tamen separantur a ceteris, & in arcas <sup>27</sup> coniiciuntur, ne quis <sup>28</sup> cum iis colloqui possit. Hi centum dies penes <sup>29</sup> accusatorem cum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quaestione dici potest integrius <sup>30</sup>? quid incorruptius?

<sup>24</sup> interrogatio per tormenta. <sup>25</sup> ut exemplum eiusmodi quaestionis proferam. <sup>26</sup> minatur seruile supplicium, si hoc ausit dicere. <sup>27</sup> carceres. <sup>28</sup> aliquis. <sup>29</sup> apud. <sup>30</sup> verius. Ironia.

## CAPVT XXIII.

**Q**vod si non dum satis cernitis, cum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat <sup>1</sup>, pura <sup>2</sup> mente, atque integra Milonem, nullo scelere imbutum <sup>3</sup>, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum, Romam reuerisse: recordamini per deos immortales, quae fuerit ceieritas redditus eius: qui <sup>4</sup> ingressus in forum, ardente curia <sup>5</sup>: quae magnitudo animi, qui vultus, quae oratio. Neque vero se populo solum, sed etiam senatui commisit <sup>6</sup>: neque senatui modo: sed etiam publicis praesidiis

&amp;

<sup>1</sup> Aperta & clara sit. <sup>2</sup> cum pura. <sup>3</sup> maculatum. <sup>4</sup> quam intrepidus. <sup>5</sup> cum curia per Clodii combustum cadaver incensa vreret. <sup>6</sup> concredidit, tradidit, tanquam innocens.

R 3

7 quasi



& armis 7: neque his 8 tantum, verum etiam eius  
 9 potestati, cui 10 senatus totam rem publicam,  
 omnem Italiae pubem 11, cuncta populi Romani  
 arma commiserat. Cui nunquam se hic 12 pro-  
 fecto tradidisset, nisi causae suae consideret, praes-  
 tertim omnia audenti 13, magna metuenti, mul-  
 ta suspicanti, nonnulla credenti. Magna vis  
est conscientiae, iudices, & magna in utramque  
partem: vt 14 neque timeant, qui nihil commi-  
serint 15: & poenam semper ante oculos versari  
putent, qui peccarint. Neque vero sine ratione  
 16 certa, causa Milonis semper a senatu probata  
 est. Videbant enim sapientissimi homines fa-  
 cit rationem 17, praesentiam 18 animi, defen-  
 sionis constantiam. An vero obliti estis, iudi-  
 ces, recenti illo nuntio 19 necis Clodianae non  
 modo inimicorum Milonis sermones & opinio-  
 nes, sed nonnullorum etiam imperitorum? ne-  
 gabant eum 20 Romam esse redditurum? Si-  
 ne enim illud animo 21 irato ac percito 22 fe-  
 cisset, vt incensus odio trucidaret inimicum;  
 arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodii

pu-

7 quasi passus est se captiuum retineri & ab armatis mili-  
 tibus custoditum. 8 publicis praesidiis & armis, 9 Pompeii.  
 10 commiserat. 11 iuuentum, milites. 12 Milo.  
 13 Pompeio, qui omnia audiebat, quae dicebantur, & nihil  
 ex rumoribus negligebat. 14 utili. 15 mali fecerunt. 16  
 consideratione. 17 quod nempe liceret occidere insidia-  
 torem. 18 laetitiam. 19 cum recens nuncium afferretur de  
 morte Clodii. 20 Milonem, 21 ex animo. 22 insenso,  
 iracundo, vehementi.

33 actis



putasse 23, vt 24 aequo animo patria careret, cum  
25 sanguine inimici explesset odium suum: siue  
etiam illius morte patriam liberare voluisse, non  
26 dubitaturum fortē virum, quin 27 cum suo  
28 periculō salutem reip. attulisset, cederet ae-  
quo animo legibus 29, secum auferret gloriam  
sempiternam, nobis haec 30 fruenda relinque-  
ret, quae ipse seruasset. Multi etiam Catilinam,  
atque illa portenta 31 loquebantur: erumpet 32,  
occupabit aliquem locum, bellum patriae fa-  
ciet. Miseros interdum ciues, optimis de repub-  
meritos: in quibus homines non modo res prae-  
clarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias su-  
spicantur 33. Ergo illa falsa fuerunt: duo certe  
vera exstitissent, si Milo admisisset 34 aliquid,  
quod non posset honeste vereque defendere.

23 aestimasse. 24 vt etiam libenter in exilium ire vellat.  
25 postquam. 26 non esse. 27 quin cederet. 28 cum suo.  
29 quae non patiebantur, vt is esset in urbe, qui ciuem occi-  
disset. 30 salutem & tranquillitatem reipublicae. 31 peri-  
cula. 32 in aliquam provinciam se conferret M. lo. 33 de  
quibus etiam homines suspicantur, quasi coniurationem ve-  
lint inire contra patriam. 34 fecisset.

## CAPVT XXIV.

**Q**uid, quae postea sunt in eum congesta i? quae  
quemuis etiam mediocrum delictorum con-  
scientia perculisset, ut 3 sustinuit, dī immortales  
susti-

1 Dicta contra Milonem. 2 quae tam atrocia fuerunt, vt  
facile etiam potuerint eum coniicere in terrorem, qui con-  
scius sibi est mediocrum delictorum. 3 quanta vero cum  
constantia passus est Milo, haec de se dici.

R. 4

4 quam

fuslinuit? imo vero ut 4 contempsit ac pro nihilo  
putauit? quae neque maximo animo nocens, ne-  
que innocens, nisi fortissimus vir negligere po-  
tuisset. Scutorum, gladiorum, frenorum, sparo-  
rum & pilorumque 6 etiam multitudo deprehen-  
di posse, indicabatur 8. Nullum in vrbe vicum  
9, nullum angiportum 10 esse dicebant, in quo  
Miloni non esset conducta 11 domus: arma in  
villam Oriculanam deuecta Tiberi 12: domus  
in cliuo 13 Capitolino scutis referta 14: plena 15  
omnia malleolorum 16 ad vrbis incendia compa-  
ratorum. Haec non delata 17 solum, sed pene  
credita: nec ante repudiata sunt, quam quaes-  
ita. Laudabam equidem incredibilem diligen-  
tiam Cn. Pompeii: sed dicam, ut sentio, iudi-  
ces. Nimis multa audire coguntur, neque ali-  
ter facere possunt ii, quibus tota commissa 18 est  
resp. Quin etiam audiendus sit popa Licinius,  
nescio quis, de circo maximo 19: seruos Milo-  
nis apud se 20 ebrios factos, sibi confessos esse,  
de interficiendo Cn. Pompeio coniurasse 21:  
deinde postea se 22 gladio percutsum esse ab  
vno de illis 23, ne indicaret. Pompeio in hor-  
tos

---

4 quam forti animo. 5 sparus erat genus teli exigui &  
recurvi. 6 telum missile. 7 apud Milonem. 8 dicebatur.  
9 plateam. 10 plateam angustam. 11 gemiethet. 12 & arma  
fuisse deuencta per Tiberim fluvium ad villam &c. 13 col-  
le. 14 plena. 15 esse. 16 sarmenta, per quae ignis facile  
potest dispergi. 17 dicta, narrata. 18 demandata, concre-  
dita. 19 qui habitabat ad Circum Maximum. 20 Licinium.  
21 Milonein. 22 Licinium, 23 seruis.

24 ego



tos nunciauit. Arcessor in primis 24: de 25 amicorum sententia rem defert ad senatum. Non 26 poteram in illius 27 mei patriaeque custodis tanta suspicione non metu examinari: sed mirabar tamen, credi popae 28: ebriosorum confessionem seruorum audiri, vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari 29. Verum tamen, ut intelligo, cauebat magis Pompeius, quam timebat, non ea 30 solum, quae timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis 31. Oppugnata 32 dormus C. Caesaris, clarissimi & fortissimi viri, per multas noctis horas nunciabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat, tamen audiebatur. Non poteram Cn. Pompeium, praestantissima virtute ciuem, timidum suspicari: diligentiam, tota rep. suscepta, nimiam nullam putabam 33. Frequentissimo 34 senatu nuper in Capitolio senator inuentus est, qui Milonem cum telo 35 esse 36 diceret, nudauit se in sanctissimo templo, quoniam vita talis & ciuis, & viri, fidem non facie-

24 ego Cicero inter primos fui, qui vocabantur a Pompeio. 25 iuxta sententiam. 26 non poteram non, necesse erat. 27 Milonis. 28 quod Pompeius crederet vili sacrificulae. 29 haberi, dass aus einer Mücke ein Elephante gemacht würde. 30 carebat sibi ab iis. 31 ne vos conciceremini in periculum. 32 quod oppugnata fuisset. 33 persuadebar, eum non posse esse nimis diligenter in eo, quod ad salutem reipublicae pertineret. 34 in pleno, cum ingens numerus Senatorum adeisset. 35 gladio. 36 praesentem esse.

R S

37 et



faciebat, nisi, eo tacente<sup>37</sup>, res ipsa loqueretur.  
Omnia<sup>38</sup> falsa, atque insidiose facta comperta  
funt.

<sup>37</sup> etiam si ipse Milo se non defenderet, <sup>38</sup> esse.

## CAPUT XXV.

**Q**uod si tamen metuitur<sup>1</sup> etiam nunc Milo,  
non hoc iam Clodianum crimen timemus<sup>2</sup>,  
sed tuas, Cn. Pompei, (te enim iam appello ea vo-  
ce, ut me audire possis) tuas, tuas, inquam, suspicio-  
nes perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc  
de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut moli-  
tum<sup>3</sup> aliquando aliquid putas: si Italiae dele-  
ctus<sup>4</sup>, ut nonnulli conqueritores<sup>5</sup> tui dicitant,  
si haec arma, si Capitoliana cohortes, si excu-  
biae, si vigiliae, si delecta iuuentus, quae tuum  
corpus domumque custodit, contra Milonis im-  
petum<sup>6</sup> armata est, atque illa omnia in<sup>7</sup> hunc  
vnum instituta, parata, intenta<sup>8</sup> sunt: magna  
in hoc<sup>9</sup> certe vis, & incredibilis animus, &  
non vnius<sup>10</sup> viri vires atque opes indicantur,  
siquidem in<sup>11</sup> hunc vnum & praestantissimus  
dux electus, & tota resp: armata est. Sed quis non  
intel-

<sup>1</sup> Metus adhuc durat propter Milonem.. <sup>2</sup> non ideo ti-  
memus, quoniam Milo interficerit Clodium. <sup>3</sup> esse, cogi-  
tasse, meditatum esse. <sup>4</sup> Ausschuss, delecti milites. <sup>5</sup> satel-  
lites, exploratores. <sup>6</sup> coniurationem. <sup>7</sup> contra. <sup>8</sup> directa &  
ordinata. <sup>9</sup> hoc Milone. <sup>10</sup> sed multorum virorum forti-  
tudo, quae in unico & solo Milone, <sup>11</sup> contra.

12 Pom.



intelligit, omnes tibi 12 reip. partes aegras & labantes 13, vt ea his 14 armis sanares & confirmares, esse commissas 15? Quod si Miloni locus 16 datus esset: probasset 17 profecto tibi ipsi, neminem vñquam hominem homini cariorem fuisse, quam te sibi 18: nullum se vñquam periculum pro tua dignitate fugisse 19: cum illa ipsa tertiaria peste 20 saepissime pro tua gloria contendisse 21: tribunatum suum 22 ad salutem meam, quae tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum: se a te postea defensum in periculo capitum 23, adiutum in petitione praeturae: duos se habere semper amicissimos sperasse: te tuo beneficio, me suo 24. Quae si non probaret 25: si tibi ita penitus inhaesisset ista suspicio, nullo vt euelli modo posset: si denique alia a delectu, vrbs ab armis, sine Milonis clade nunquam esset quietura: nae 26 iste haud dubitans 28 cessisset patria 29, is, qui ita 27 naus est, & ita consuevit 30: te, Magne, tam en contestaretur 31: quod nunc etiam facit.

12 Pompeio. 13 debiles. 14 per haec arma. 15 traditas, facultas, occasio, potestas. 17 demonstrasset. 18 Miloni, vitasse, recusasse. 20 factione Clodianorum. 21 pugnasse, 22 Milonis. 23 vitae. 24 & eum semper sperasse, quod habeat cum primis duos praecepius amicos, nempe, te Pompeium, qui ipsi magna beneficia dedisti, & me, cui Milo magna beneficia dedit. 25 quod si tu hoc credere non posses. 26 profecto. 27 Milo. 28 sua dubitatione & cunctatione. 29 ex patria iuisset in exilium sponte sua. 30 semper solitus est salutem patriae anteponere suae saluti. 31 te vellet Milo prius vocare & appellare testem suae innocentiae, quam iret in exilium.

## CAPVT XXVI.

**V**ide quam sit varia vitae, commutabilisque <sup>1</sup> ratio <sup>2</sup>, quam vaga <sup>3</sup> volubilisque fortuna, quantae infidelitates in amicis, quam ad tempus <sup>4</sup> aptae simulationes, quantae in periculis fugae proximorum, quantae timiditates. Erit, erit illud profecto tempus, & illucescet <sup>5</sup> aliquando ille dies, cum <sup>6</sup> tu, salutaribus <sup>7</sup>, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu <sup>8</sup> aliquo communium temporum immutatis <sup>9</sup>, qui <sup>10</sup> quam crebro accidat, experti <sup>11</sup> debemus scire: & amicissimi benevolentiam, & grauissimi hominis fidem, & unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris <sup>12</sup> maiorum, rei denique publicae peritissimum, cum senatus ei commiserit <sup>13</sup>, ut videret <sup>14</sup>, NE QVID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET; quo uno versiculo <sup>15</sup> satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis <sup>16</sup>: hunc exercitu, hunc delectu dato, iudicium exspectaturum fuisse in eius consiliis vindican-

<sup>1</sup> Et quae facile mutari potest. <sup>2</sup> status, conditio. <sup>3</sup> inconstans, incerta. <sup>4</sup> ad temporis rationes. <sup>5</sup> veniet. <sup>6</sup> tu desideres. <sup>7</sup> felicibus. <sup>8</sup> per malum. <sup>9</sup> quando tua felicitas erit immutata. <sup>10</sup> qualis motus & inconstantia rerum & fortunae. <sup>11</sup> nos, qui talia saepe sumus experti. <sup>12</sup> consuetudinis. <sup>13</sup> hoc. <sup>14</sup> prospiceret, curaret, efficeret. <sup>15</sup> quibus verbis, <sup>16</sup> etiam Consules nunquam alicui arma dederunt.

dicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret <sup>17</sup>? Satis iudicatum est a Pompeio, falso ista conferri <sup>18</sup> in Milonem absolui a vobis oporteret <sup>19</sup>: ut omnes confitentur, liceret <sup>20</sup>. Quod vero in illo loco, atque in illis publicorum praesidiorum copiis circumfusus <sup>21</sup> sedet; satis declarat, se <sup>22</sup> non terrorem inferre vobis (quid enim illo minus dignum <sup>23</sup>, quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animaduertere ipse <sup>24</sup> & more <sup>25</sup> maiorum, & suo iure posset?) sed <sup>26</sup> praesidio esse: ut intelligatis, contra hesternam concionem <sup>27</sup> illam licere <sup>28</sup> vobis, quod <sup>29</sup> sentiatis, libere iudicare.

<sup>17</sup> an putatis, quod hic Pompeius, cui exercitus datus est, voluerit exspectare iudicium, ut eius (Milonis) consilia nefaria & coniuratio puniatur, qui omnia iudicia suffolleret per illa sua consilia? <sup>18</sup> dici de Milone. <sup>19</sup> per quam legem. <sup>20</sup> per quam legem fas esset, ut Milo absoluweretur, qued omnes confitentur. <sup>21</sup> circumdatus. <sup>22</sup> Pompeium. <sup>23</sup> conueniens, decorum. <sup>24</sup> quem ipse posset punire. <sup>25</sup> iuxta consuetudinem. <sup>26</sup> sed Pompeium tueri vos. <sup>27</sup> conuentum populi. <sup>28</sup> liberum esse. <sup>29</sup> illud, quod.

## CAPVT XXVII.

**N**Ec vero me, iudices, Clodianum crimen <sup>1</sup> mouet: nec tam sum demens, tamque vestri sensus <sup>2</sup> ignarus atque expers, ut nesciam, quid de morte Clodii sentiatis, de qua si iam nollem ita

<sup>1</sup> Caedes Clodii. <sup>2</sup> mentis, sententiae.

ita diluere 3 crimen, ut 4 dilui tamen impune Miloni palam clamare, atque mentiri gloriose 5 licceret: Occidi, occidi non Sp. Melium, qui annona leuanda 6, iacturisque 7 rei familiaris, quia nimis amplecti 8 plebem putabatur, in suspicionem incidit regni apperendi 9: non 10 Ti. Gracchum, qui collegae 11 magistratum 12 per seditionem abrogauit: quorum 13 imperfectores implebant orbem terrarum nominis sui gloria 14: sed eum 15 (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus 16 sanctissimis nobilissimae foeminae comprehenderunt: eum, cuius supplicio 17 senatus solennes religiones 18 expandas saepe censuit; eum, quem cum forore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se, quaestionibus habitis 19, dixit comperiisse: eum, qui 20 ciuem 21, quem senatus, quem populus, quem omnes gentes, verbis ac vitae ciuium conseruatorem iudicabant,

---

3 repellere, refutare, remouere. 4 quem admodum ego illud iam remoui. 5 cum gloria sua & iactatione recte facti. 6 dum voluit leuare annonae caritatem. 7 per damnum. 8 captare fauorem populi. 9 quasi rex esset vellent. 10 non occidi. 11 suo. 12 imperium, officium. 13 Melii & Gracchi. 14 per gloriam, magnam gloriam ubique acceperunt. 15 ego interfeci. 16 in quibus positae erant imagines deorum. 17 per poenam. 18 cultum deorum a Clodio turpiter violatum. 19 per torturam infernos Clodii. 20 exterminavit. 21 se ipsum intelligit Cicero. 22 pen-



bant, seruorum armis 22 exterminauit 23: eum, qui regna dedit, ademit: orbem terrarum, quibuscum voluit, paritus est 24: eum, qui plurimis caedibus in foro factis, singulari virtute & gloria ciuem 25, domum vi & armis compulit: eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore 26, nec in libidine: eum, qui aedem Nymphaeum incendit, ut memoriam publicam recensionis 27, tabulis publicis impressam, extingueret: eum denique 28, cui iam nulla lex erat 29, nullum ciuale ius, nulli possessionum termini 30: qui non calumnia litium 31, non iniustis vindiciis 32 ac sacramentis 33 alienos fundos, sed castris 34, exercitu, signis inferendis 35 petebat, qui non solum Etruscos (eos enim penitus contemserat) sed hunc Cn. Pompeium, virum fortissimum atque optimum ciuem, iudicem nostrum, pellere possessionibus, armis 36 castrisque conatus est: qui cum architectis & decempedis 37 villas multorum, hortosque peragrabat 38: qui Ianicu-

lo

---

22 per arma seditionis. 23 in exilium eiecit. 24 distribuit. 25 Pompeium. 26 caede, crudelitate. 27 censu-  
rae contra facinora Clodii, quae tabulis inscripta erat & in  
illo templo affluabatur. 28 interfeci. 29 qui omnes le-  
ges contemnebat. 30 qui semper nouas possessiones ap-  
petebat. 31 per falsas lites. 32 vindicationibus, dum ea  
petebat, quae sua non erant. 33 pecuniis depositis. 34 per  
milites & vim externam. 35 per bellum, quod Clodius sem-  
per minabatur. 36 per arma, armata manu. 37 agri-  
mensoribus. 38 in iisque, tanquam in suis villis & hortis,  
sedificabat.

39 inde



lo 39 & Alpibus spem possessionum terminabat suarum: qui cum ab equite Romano, splendidissimo & forti viro, T. Pacauio non impetrasset, vt insulam in lacu pretio 40 venderet, repente linctibus 41 in eam insulam materiam 42, calcem, caementa, atque arma conuexit: dominoque 43 trans ripam inspectante, non dubitauit 44 aedificium exstruere in alieno 45: qui huic T. Furfano, cui viro, dii immortales? (quid enim de muliercula Scantia? quid de adolescente Apronio dicam? quorum utriusque mortem est minatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset 46) sed auras est Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quam tam poposceret, non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum 47: qua inuidia huic esset tali viro conflagrandum 48: qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum, fidelissima gratia 49, absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducre, sic agere fundamenta, vt sororem non modo vestibulo priuaret, sed omni aditu & limite 50.

---

39 inde ab extremo colle urbis Romae usque ad Alpes,  
40 pro certa pecunia. 41 in cymbis & nauiculis. 42 ad aedificia exstruenda necessarium. 43 Pacauio. 44 veritus est. 45 in possessione & fundo alterius. 46 nisi voluissent vendere Clodio hortos. 47 minatus est Clodius, quod velit cadaver hominis mortui inferre in domum Furfani, vt dici posset, eum occidisse hominem. 48 per quam accusationem caedis Furfanus posset condemnari. 49 propter fauorem suum & fidelitatem erga me. 50 vt soror non posset ire in domum suam.

CAPVT



## CAPVT XXVIII.

**Q**uamquam haec r̄ quidem iam tolerabilia vi-  
debantur: et si aequabiliter 2 in remp. in pri-  
uatos: in longinquos, in propinquos, in alienos,  
in suos irruebat: sed nescio quomodo iam v̄su 3  
obduruerat & percalluerat 4 ciuitatis incredibilis  
patientia 5. Quae vero aderant iam 6, & impen-  
debant, quonam modo ea aut depellere potuisse-  
tis, aut ferre? Imperium 7 si ille nactus esset  
(omitto socios, exteris nationes, reges, tetrar-  
chas 8: vota enim faceretis, vt in 9 eos se potius  
mitteret 10, quam in vestras possessiones) vestra  
testa, vestras pecunias, pecunias dico? a liberis,  
a liberis, medius fidius 11, & coniugibus vestris  
nunquam ille effrenatas suas libidines cohibus-  
set 12. Fingi haec putatis, quae patent 13? haec,  
quae nota sunt omnibus? quae tenentur 14? ser-  
uorum exercitus 15 illum 16 in vrbe conscriptu-  
rum 17 fuisse, per quos totam remp. resque priua-  
tas omnium possideret? Quamobrem, si cruen-  
tum

1 Crimina Clodii, de quibus iam dixi. 2 perinde, nullo  
discrimine. 3 per longam consuetudinem scelerum. 4 cal-  
lum quasi obduxerat, pertinax, & incorrigibilis factus erat.  
5 propter patientiam incredibilem. 6 ea crimina, quae  
potuisset exercere in Praetura sua. 7 Praeturam. 8 qui  
vel quatuor provinciis praesunt, vel quartam partem alicu-  
ius provinciae gubernant. 9 contra. 10 conuerteret sce-  
lera & vim suam. 11 iurandi formula, profecto. 12 absti-  
nuisset. 13 notissima & certissima sunt. 14 certissima  
sunt & negari nequeunt. 15 magnam multitudinem. 16  
Clodium. 17 collecturum.

18 per

tum gladium tenens clamaret T. Annus, adeste,  
 quaeſo, atque audite ciues: P. Clodium interfe-  
 ci: eius furores, quos nullis 18 iam 19 legibus,  
 nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, &  
 hac dextera a ceruicibus vestris repuli; per me  
 ut vnum, ius, aequitas, leges, libertas, pudor, pu-  
 dicitia in ciuitate manerent: effet 20 vero timen-  
 dum, quonam modo id factum ferret ciuitas.  
 Nunc enim quis est, qui non probet 21? qui non  
 laudet? qui non vnum post hominum memoriam  
 T. Annium plurimum reip. profuisse 22, maxima  
 laetitia populum R. cunctam Italiam, nationes  
 omnes adfecisse 23 & dicat, & sentiat? Nequeo 24,  
 vetera illa populi R. quanta fuerint gaudia, iu-  
 dicare: multas tamen iam summorum impera-  
 torum clarissimas victorias aetas nostra vidit,  
 quarum nulla neque tam diuturnam attulit lae-  
 titiam, nec tantam. Mandate hoc 25 memoriae,  
 iudices: spero multa vos liberosque vestros in  
 rep. bona esse visuros. In his singulis 26 ita sem-  
 per existimabitis, viuo 27 P. Clodio, nihil eorum  
 28 vos visuros fuisse. In spem maximam, &  
 quemadmodum confido, verissimam adducti su-  
 mus, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro

CON-

---

18 per nullas. 19 amplius. 20 an vero effet. 21 dicat  
 recte factum esse. 22 utilitatem maximam attulisse. 23 ma-  
 ximum gaudium attulisse populo. 24 iudicare & intellige-  
 re. 25 gaudium super occiso Clodio. 26 vobis & liberis  
 vestris. 27 si vixisset Clodius diutius. 28 bonorum, ex his  
 bonis, quae ego nunc indicaui.

29 dum



consule 29, compressa 30 hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & iudiciis constitutis, salutarem ciuitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc 31, P. Clodio viuo, contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quae tenetis, priuata 32, atque vestra, dominante homine furioso 33, quod 34 ius perpetuae possessionis habere potuissent 35?

29 dum Pompeius Consul est. 30 postquam compressa est. 31 tantam ciuitatis salutem. 32 vestras possessiones & rem familiarem. 33 Clodio. 34 quale. 35 an putatis, quod habere potueritis & conservare semper vestras possessiones a furore Clodii, si quidem is Praeturam accepisset?

## CAPVT XXIX.

**N**ON timeo, iudices, ne odio inimicitarum mearum inflammatus, libentius haec in illum 1 euomere 2 videar, quam verius: etenim et si praecipuum esse debebat 3, tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communio odio pene aequaliter versaretur 4 odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii 5 fuerit. Quin 6 sic attendite, iudices: nempe haec est quaestio de interitu P. Clodii, fingite animis: liberae enim sunt cogitationes nostrae, & 7 quae volunt, sic intuentur, ut 8 ea cernimus, quae videmus. Fingite igitur cogitatione 9 ima-

1 Clodium. 2 dicere. 3 et si enim ego comprimitis crimina Clodii narrare debui, quoniam is me eiecit ex urbe. 4 esset. 5 pessimarum cogitationum & scelerum. 6 imo potius. 7 & nostrae cogitationes. 8 quemadmodum. 9 cogitate, respicite, ponderate.

10 sta-

imaginem huius conditionis <sup>10</sup> meae: si possim efficere, vt Milonem absoluatis, sed ita <sup>11</sup>, si P. Clodius reuixerit. Quid vultu extimuistis <sup>12</sup>? quonam modo ille <sup>13</sup> vos viuus adficeret <sup>14</sup>, qui mortuus inani <sup>15</sup> cogitatione percussit <sup>16</sup>? Quid si ipse Cn. Pompeius, qui ea <sup>17</sup> virtute ac fortuna est, vt ea potuerit semper, quae nemo praeter illum <sup>18</sup>, si is, inquam, potuisset, vt <sup>19</sup> quaestionem de morte P. Clodii ferre, sic <sup>20</sup> ipsum ab inferis excitare: vtrum <sup>21</sup> putatis potius facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellat illum ab inferis reuocare <sup>22</sup>, propter <sup>23</sup> remp. non fecisset. Eius igitur mortis sedetis vltiores <sup>24</sup>, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis: & de eius necesse lata quaestio est, qui si eadem lege <sup>25</sup> reuiuiscere posset, lata lex nunquam esset. Huius ergo intersector si esset; in confitendo ab iisne poenam timerer, quos liberauisset <sup>26</sup>? Graeci homines deorum <sup>27</sup> honores tribuunt iis viris <sup>28</sup>, qui tyran-

nos

---

<sup>10</sup> status, <sup>11</sup> hac conditione. <sup>12</sup> quem horrorem video ego in vultu vestro? <sup>13</sup> Clodius. <sup>14</sup> vexaret. <sup>15</sup> vana. <sup>16</sup> vobis timorem iniecit. <sup>17</sup> efficere. <sup>18</sup> efficere potuit. <sup>19</sup> quemadmodum potuit ferre & decernere quaestionem. <sup>20</sup> si sic etiam potuisset Clodium mortuum resuscitare. <sup>21</sup> quodnam ex his duabus. <sup>22</sup> resuscitare ex mortuis. <sup>23</sup> tamen id propter. <sup>24</sup> vos adfidelis tanquam vltiores huius mortis. <sup>25</sup> per eandem legem, per quam decreta est quaestio. <sup>26</sup> si igitur Milo Clodium interfecisset, an deberet ideo timere, quoniam confitetur caedem, ne ab iis puniatur, quos tamen liberauisset. <sup>27</sup> diuinos, <sup>28</sup> qui ne-  
cauerunt tyrannos & patriam liberarunt.

29 pa.



nos necauerunt. Quae ego vidi Athenis? quae aliis in urbibus Graeciae? quas res diuinis talibus institutas viris? quos cantus? quae carmina? prope ad immortalitatis & religionem 29, & memoriam consecrantur. Vos tanti conseruatorem populi, tanti sceleris ultorem 30 non modo honoribus nullis adficietis, sed ad supplicium rapi 31 etiam patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, & 32 magno animo & libenter se fecisse, libertatis omnium causa 33, quod ei certe non confitendum modo, verum etiam praedicandum 34.

29 parum abest, quin colantur tanquam dñi tales viri. 30 Miloneim. 31 trahi violenter. 32 & confiteretur etiam. 33 vt libertas omnium conseruaretur. 34 iactare & gloriari de hoc facto suo debet Milo..

## CAPVT XXX.

**E**TENIM, si id non negat, ex quo nihil petit 1, nisi ut ignoscatur: dubitaret 2 id fateri, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? nisi vero gratius 3 putat esse vobis, sui se capit 4, quam vestri ordinis 5 defensorem fuisse: cum praesertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores adsequeretur 6 amplissimos. Si factum vobis non probaretur 7 (quamquam qui 8 poterat salus sua cuique 9 non probari?) sed tamen si minus 10 fortissimi viri virtus

1 Postulat Milo. 2 an vereretur. 3 iucundius, amabilius. 4 vitae. 5 Senatorii. 6 consequi posset & deberet. 7 placebet. 8 quomodo. 9 cuilibet homini. 10 grata, parum grata. 11 es.

tus ciuibus grata cecidisset 11, magno animo ce-  
stantique cederet 12 ex ingrata ciuitate Nam quid  
esset ingratius, quam laetari ceteros, lugere eum  
solum, propter quem ceteri laetarentur?  
Quamquam hoc animo semper fuimus omnes  
in patriae proditoribus opprimendis 13, ut, quo-  
niam nostra futura esset gloria, periculum quo-  
que, & inuidiam nostram putaremus 14. Nam  
quae mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum  
15 in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris  
ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis  
dimicationibus 16 meis me esse ausurum arbitra-  
rer, quae mulier sceleratum ac perniciosum ci-  
uem occidere non auderet, si periculum non  
timeret? Proposita inuidia, morte, poena 17,  
qui nibilo segnius remp. defendit, is vir 18 vere  
putandus est 19. Populi grati est, praemiis afficere  
benemeritos de rep. ciues: viri fortis 20, ne sup-  
pliciis quidem moueri, ut 21 fortiter fecisse poe-  
niteat. Quamobrem vteretur eadem confessio-  
ne T. Annius, qua 22 Ahala, qua Nasica, qua Opi-  
nius, qua Marius, qua nosmet ipsi: & si 23 gra-  
ta

---

11 esset, contigisset. 12 iret Milo in exilium. 13 dum, vel,  
quando oppressimus hostes patriae. 14 nobis attribueremus,  
in nos susciperemus. 15 tantam rem. 16 laboribus & peri-  
culis. 17 quando quis videt, se praemii loco accepturum  
esse inuidiam, mortem, poenam. 18 fortis & bonus. 19 offi-  
cium populi est, qui gratitudinem suam vult demonstrare. 20  
officium est. 21 ut ipsum, 22 qua confessione usus est Aha-  
la. 23 ingrata esset respublica.

24 ta-



ta resp. esset, laetaretur : si ingrata, tamen 24 in graui fortuna conscientia sua niteretur. Sed hu- ius beneficii gratiam 25, iudices, fortuna populi R. & vestra felicitas, & dii immortales sibi deberi 26 putant. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim 27 esse dicit 28, numen- ue diuinum : quem neque imperii vestri magni- tudo, neque sol ille, nec coeli signorumque mo- tus, nec vicissitudines rerum atque ordines 29 mouent, neque id, quod maximum est, maiorum nostrorum sapientia: qui 30 sacra 31, qui caeri- monias, qui auspicia 32 & 33 ipsi sanctissime colue- runt, & nobis, suis posteris prodiderunt 34.

24 tamen niteretur Milo in bona conscientia, si ipsi acci- deret aliquid aduersi. 25 gratitudinem. 26 demonstrari & exhiberi debere. 27 potentiam diuinam. 28 credit. 29 re- stus & accuratus cursus. 30 maiores nostri. 31 templa, re- ligionem. 32 volatum avium & sacrificia. 33 etiam. 34 re- liquerunt.

## CAPVT XXXI.

**E**st, est profecto illa vis 1: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate no- stra inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturae, tam praeclaro motu. Nisi forte idcirco esse non putant 2, quia non apparet, nec cernitur: proinde 3 quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua 4 prouidemus, qua ipsa haec agimus ac- di-

1 Deorum aliqua potentia. 2 nisi fortassis quidam putant, idcirco non esse diuinam potentiam. 3 perinde. 4 per quam.



dicimus, videre, aut plane 5, qualis aut ubi sit, sentire possimus. Ea vis, ea igitur ipsa, quae saepe incredibiles huic urbi felicitates, atque opes attulit: quam illam perniciem 6 extinxit ac sustulit: cui 7 primum mentem iniecit 8, ut vi irritare, ferroque lacescere 9 fortissimum virum 10 auderet, vincereturque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset 11 impunitatem & licentiam sempiternam. Non 12 est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura 13 res illa perfecta. Religiones 14 me hercule ipsae, quae illam belluam 15 cadere viderunt, commouisse se videntur, & ius in illo 16 suum retinuisse. Vos enim, Albani tumuli atque luci 17, vos, inquam, imploro atque testor, vosque Albano-rum obrutae 18 aerae, sacrorum populi R. sociae & aequales 19, quas 20 ille 21 praecips amentia 22, caesis prostratisque sanctissimis lucis 23, substructionum insanis molibus 24 oppresserat 25: vestrae tum aerae, vestrae religiones viguerunt 26, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat 27, tuque ex

tuo

---

5 accurate, proprie. 6 Clodium. 7 Cladio. 8 fortuna Romanae urbis & illa vis deorum permouit Clodii voluntatem. 9 aggredi. 10 Milonem. 11 habuisset. 12 haec res & Clodii caedes facta non est ex quodam humano consilio. 13 sed ex cura & prouidentia consilioque. 14 res sacrae. 15 Clodium. 16 ad eum puniendum. 17 Syluae sacrae. 18 dirutae, deiectae. 19 in quibus eadem saera solent perfici, quae in urbe Roma. 20 aras. 21 Clodius. 22 quem agebat ammenzia. 23 postquam succiderat Iucos. 24 per ingentia sua aedificia. 25 euerterat, deicerat. 26 floruerunt. 27 violauerat, maculauerat, profanauerat.

28 al.



tu<sup>o</sup> edito<sup>28</sup> monte Latiaris, sancte Iupiter, cui<sup>9</sup> ille lacus<sup>29</sup>, nemora, finesque saepe omni nefario stu-  
pro & scelere macularat, aliquando ad eum puni-  
endum oculos aperuistis : vobis illae<sup>30</sup>, vobis ve-  
stro in conspectu serae<sup>31</sup>, sed iustae tamen, & de-  
bitae poenae solutae sunt. Nisi forte hoc<sup>32</sup> et-  
iam casu<sup>33</sup> factum esse dicemus, ut ante ipsum  
sacrarium<sup>34</sup> bonae deae, quod est in fundo<sup>35</sup>  
T. Sextii Galli, in primis honesti & ornati ado-  
lescentis, ante ipsam, inquam, bonam deam, cum<sup>36</sup>  
praelium commisisset, primum illud vulnus  
acceperit, quo teterrimam mortem obiret: ut  
non absolutus iudicio illo nefario<sup>37</sup> videretur,  
sed ad hanc insignem poenam reseruatus.

<sup>28</sup> alto. <sup>29</sup> sacra. <sup>30</sup> poenae Clodii. <sup>31</sup> sera quidem eius  
poena fuit. <sup>32</sup> hanc caedem. <sup>33</sup> fortuito. <sup>34</sup> templum.  
<sup>35</sup> possessione. <sup>36</sup> cum aggressus esset Milonem. <sup>37</sup> in quo  
ab incesti crimine absolviebatur.

### CAPVT XXXII.

**N**Ec vero non <sup>1</sup> eadem ira deorum hanc eius  
satellitibus <sup>2</sup> iniecit amentiam, vt sine ima-  
ginibus, sine cantu, sine ludis<sup>3</sup>, sine exequiis,  
sine lamentis, sine laudationibus, sine funere,  
oblitus <sup>4</sup> cruore & luto, spoliatus illius supremi  
diei celebritate, quam<sup>5</sup> concedere etiam inimici  
solent, ambureretur <sup>6</sup> abiectus. Non fuisse  
credo

<sup>1</sup> Eadem quoque profecto ira &c. <sup>2</sup> sociis latrociniis co-  
mitibus <sup>3</sup> gladiatoriis, qui edi solebant in funeribus magnoru-  
m virorum. <sup>4</sup> Clodius maculatus. <sup>5</sup> celebritatem &  
pompam funeris. <sup>6</sup> combureretur in rogo.

credo fas clarissimorum virorum formas 7 illi  
 tetrorimo parricidae aliquid decoris 8 afferre,  
 neque ullo in loco potius mortem eius lacerari,  
 quam in quo vita esset damnata 9. Dura mihi,  
 medius fidius, iam fortuna populi R. & credulis  
 videbatur, quae tot 10 annos illum in hanc  
 remp. insultare 11 videret, & pateretur. Pollue-  
 rat 12 stupro sanctissimas religiones : senatus gra-  
 uissima decreta perfregerat 13 : pecunia 14 se pa-  
 lam a iudicibus redemerat 15 : vexarat in tribu-  
 natu 16 senatum ? omnium ordinum consensu  
 pro salute reip. gesta 17 resciderat 18 : me pa-  
 tria expulerat : bona diripuerat : domum incen-  
 derat : liberos, coniugem meam, vexauerat : Cn.  
 Pompeio nefarium bellum indixerat : magistra-  
 tuum, priuatorumque caedes effecerat : domum  
 mei fratri incenderat : vastarat Etruriam : mul-  
 tos sedibus ac fortunis 19 eiecerat : instabat 20,  
 vrgebat : capere 21 eius amentiam ciuitas, Italia,  
 prouinciae, regna non poterant. Incidebantur 22  
 iam domi 23 leges, quae nos nostris seruis addice-  
 rent:

7 imagines, quae in funeribus praeferri solebant, vel-  
 ut hodie insignia. 8 honoris. 9 neque fas fuisse credo,  
 vt ullo potius alio in loco ipse mortuus laceraretur & disper-  
 retur a canibus, quam in eo loco, in quo vita eius scelest  
 erat damnata. 10 per tot. 11 eam aggredi & vexare. 12  
 violauerat. 13 violauerat, neglexerat. 14 per pecuni-  
 am. 15 liberauerat. 16 cum Tribunus plebis esset. 17  
 ea, quae gesta erant cum omnium consensu. 18 aboleverat.  
 19 possessionibus. 20 pergebat multos vexare. 21 satia-  
 re, explore. 22 in aeneas tabulas scribebantur, 23 in domo  
 Clodii.

rent 24: nihil erat cuiusquam 25, quod quidem ille adamasset 26, quod non hoc anno 27 suum fore putaret: obstabat eius cogitationibus nemo, praeter Milonem ipsum illum 28, qui poterat obstare: (Cn. Pompeium) nouo reditu in gratiam 29 quasi deuinctum arbitrabatur: Caelaris potentiam, suam potentiam esse dicebat: bonorum animos etiam in meo casu 30 contemserat: Milo unus vrgebat 31.

24 per quas leges potuissent serui vel liberti simul nobiscum suffragia ferre. 25 nemo aliquid habebat. 26 cupisset. 27 in quo Praetor esse volebat. 28 Pompeium. 29 per nouam reconciliationem. 30 infortunio. 31 solus Milo ipsa adhuc obstabat.

## CAPVT XXXIII.

**H**ic idii immortales, vt supra dixi, mentem derunt 2 illi 3 perditio ac furioso, vt huic 4 faceret insidias. Aliter 5 perire pestis illa non potuit: nunquam illum resp. suo iure esset vta. Senatus, credo 6, praetorem eum circumscriptisset 7, ne cum solebat quidem id facere in priuato eodem hoc, aliquid profecerat 8. An consules in praetore coercendo fortes fuisserent? Primum, Milone occiso, habuisset suos 9 consules: deinde quis in eo praetore 10 consul fortis esset, per quem tribunum 11 virtutem consula-

1 Adeoque, igitur. 2 excitarunt. 3 Cledio. 4 Miloni. 5 alio certe modo. 6 Ironia. 7 per certas leges adstrinxisset & coercuisset. 8 sane Senatus nihil profecit, quando voluit Clodium legibus constringere, cum adhuc esset priuatus. 9 parti suae addictos. 10 si Clodius factus fuissest Praetor. 11 cum Tribunus plebis esset Clodius.

sularem 12 crudelissime vexatam esse meminisset? oppressisset omnia, teneret, possideret, lege 13 noua, quae est inuenta apud eum cum reliquis legibus Clodianis, seruos nostros, libertos suos fecisset. Postremo, nisi eum dii immortales in eam mentem 14 impulissent, ut homo effoeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie remp. nullam 15 haberetis. An ille 16 praetor, ille vero consul, si modo haec templa, atque ipsa moenia stare eo viuo 17 tamdiu, & consulatum eius expectare potuissent, ille denique viuus, mali nihil fecisset, qui mortuus, vno ex suis satellitibus Sex. Cludio duce 18, curiam incendit? Quo 19 quid miserius, quid acerbius, quid iuctuosius vidimus? Templum 20 sanctitatis, amplitudinis, mentis 21, consilii publici, caput urbis, aram 22 sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo R. concessam vni ordini 23, inflammari, exscindi 24, funestari? neque id fieri a multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno: qui cum tanto 25 ausus sit vstor 26 pro mortuo, quid signifer 27 pro viuo 28 non esset ausus? In curiam potissimum abiecit 29, vt eam mortuus incen-

12 Consulum. 13 per legem nouam. 14 cogitationem, 15 plane eversam. 16 Clodius. 17 si ille dintius vixisset. 18 auctore, sub ductu & consilio vnius ex satellitibus suis. 19 quo incendio curiae. 20 curia. 21 maximorum consiliorum. 22 securitatem, asylum, tutelam. 23 Senatorio. 24 euerti, cortuere, 25 tam turpera & funestam rem. 26 incendiarius. 27 antesignanus, dux, auctor. 28 Clodio. 29 S. Clodius proiecit cadaver P. Clodii.

30 &amp;



cenderet, quam viuus euerterat. Et 30 sunt, qui de via Appia querantur 31, taceant de curia? Et qui ab eo spirante 32 forum 33 putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaueri curia 34? Excitate 35, excitate eum, si potestis, ab inferis 36, frangetis 37 impetum viui, cuius vix sustinetis furias insepulti 38, nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum fascibus 39 ad Castoris 40, cum gladiis toto foro volitarunt 41. Caedi 42 vidistis populum R. concionem 43 gladiis disturbari 44, cum audiretur silentio 45 M. Coelius, tribunus plebis, vir & in rep. fortissimus, & in suscepta causa firmissimus 46, & bonorum voluntati, & auctoritati senatus deditus, & 47 in hac Milonis siue inuidia, siue fortuna singulare, diuina, & incredibili fide.

30 & aliqui sunt. 31 qui querantur, quod caedes Clodii facta sit in via Appia. 32 viuente. 33 ius in foro. 34 a cuius cadavere curia fuit incensa. 35 resuscitate. 36 mortuis. 37 an poteritis coercere & impedire. 38 Clodius, qui sepultus non est, sed a canibus dilaceratus semiuskus. 39 Consularibus. 40 templum. 41 discurrerunt. 42 verberibus trahiri. 43 conuentum populi. 44 disiici, propelli. 45 cum silentio omnium. 46 constantissimus. 47 & qui singularem fidem praestiterit in hac causa Milonis, quam appellare possumus vel inuidiam vel fortunam.

### CAPVT XXXIV.

**S**Ed i iam satis multa de causa 2: extra causam etiam nimis fortasse multaz. Quid restat, nisi ut orem

1 Dixi. 2 facto Milenis. 3 dixi.

orem, obtesterque vos, iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat, ego autem, repugnante hoc 4, & implobo, & exposco? Nolite 5, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam aspexistis Milonis: si vulnus semper eundem 6, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, hoc minus ei parcere: atque haud scio, an multo etiam sit adiuuandus 7 magis. Etenim si in gladiatoriis pugnis, & in infirmi generis hominum conditio ne atque fortuna, timidos & supplices, &, vt vivere liceat 8, obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes & animosos, & se acriter 9 ipsos morti offerentes, seruare cupimus: eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam 10 qui illam 11 efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus? Me quidem, iudices, examinant, & interimunt 12 haec voces 13 Milonis, quas audio assidue, & quibus intersum quotidie. Valeant, valeant, inquit, ciues mei, valeant; sint incolumes 14, sint florentes, sint beati 15: stet haec vrbs praeclara, mihiique patria carissima, quoquo modo merita de me erit 16: tranquilla rep. ciues mei (quoniam

4 contra voluntatem Milonis. 5 cumprimitis ideo velitis parcere Miloni, dum adspexistis. 6 imperterritum. 7 esset honorandus & laudandus ob hoc factum. 8 vt ipsis vita concedatur. 9 fortiter. 10 quam eorum. 11 misericordiam nostram. 12 quasi enecant. 13 sermones. 14 felices. 15 omni copia affuentes. 16 siue illa me absolvat, siue damner.

17 finit



niam mihi cum illis non licet 17) sine me ipsi,  
sed per me tamen, perfrauantur 18: ego cedam  
atque abibo. Si mihi rep. bona frui non licue-  
rit 19, at carebo mala 20: & quam primum teti-  
gero bene moratam 21 & liberam ciuitatem,  
in ea conquiescam 22. O frustra, inquit 23, su-  
fcepti mei labores! o spes fallaces! o cogita-  
tiones inanes meae! Ego, cum 24 tribunus ple-  
bis, rep. oppressa 25, me senatui dedissem, quem  
extinctum 26 acceperam: equitibus 27 Roma-  
nis, quorum vires erant debiles: bonis viris,  
qui omnem auctoritatem Clodianis armis 28  
abiecerant; mihi vnuquam bonorum praesidi-  
um 29 defuturum putarem? Ego, cum te 30  
(mecum saepissime loquitur) patriae reddidis-  
sem, mihi futurum in patria non putarem lo-  
cum? Vbi nunc senatus est, quem secuti fu-  
mus? vbi equites Rom. illi, illi, inquit, tui 31?  
vbi studia 32 municipiorum 33? vbi Italiae vo-  
ces 34? vbi denique tua, M. Tulli, quae pluri-  
mis fuit auxilio, vox & defensio? mihi ne ea 35  
foli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil  
potest opitulari 36?

17 frui republica, & in ea viuere. 18 opto, vt ciues mei  
habeant tranquillam remp. 19 si ego pellar in exilium. 20  
saltē non viuam in patria mala & ingrata. 21 in qua boni  
mores sunt. 22 sedem fortunae meae ponam. 23 Milo. 24  
essem. 25 cum oppressa esset resp. 26 a pristino splendore &  
honore depulsum. 27 cum me dedissem equitibus. 28 pro-  
pter metum a Clodianis armis. 29 defensionem. 30 Cice-  
ronem. 31 qui fanebant cumprimis Ciceroni. 32 fauor. 33  
oppidorum liberorum. 34 per quas Italia gratulabatur Ci-  
ceroni redeunti & Miloni. 35 vox tua. 36 predeesse.

## CAPVT XXXV.

**N**Ec vero haec, iudices, vt 1 ego nunc, flens, sed  
hoc eodem 2 loquitur vultu, quo videtis. Ne-  
gat enim, se, negat ingratis ciuibus fecisse, quae  
fecerit 3: timidis & omnia circumspicientibus  
pericula, non negat 4, plebem & infimam mul-  
titudinem, quae P. Cludio duce, fortunis vestris  
imminebat 5, eam, quo 6 tutior esset vita no-  
stra, suam se fecisse 7 commemorat, vt 8 non  
modo virtute 9 fletteret 10, sed etiam tribus  
11 suis patrimonii deliniret 12: nec timet, ne  
cum plebem muneribus placarit, vos non  
conciliarit meritis in rem publica singularibus 13.  
Senatus erga se benevolentiam temporibus  
his ipsis saepe esse perspectam: vestras ve-  
ro, & vestrorum ordinum occurrasiones 14,  
studia 15, is sermones, quemcunque cursum  
16 fortuna dederit, secum se ablaturum 17 es-  
se

---

1 Quemadmodum ego flens loquor haec. 2 aequabili, im-  
perterritu. 3 dicit enim Milo & constanter affirmat, quod  
nolit accusare ingratitudinem ciuium, qui satis grati non sint  
erga id, quod ipse fecerit. 4 dicit autem, quod laudet cir-  
cumspicationem vestram in suo facto. 5 aggredi & diripere  
volebat possessiones vestras. 6 vt eo. 7 se traxisse plebem ad  
suas partes. 8 ita vt plebem. 9 per virtutem suam. 10 tra-  
heret ad suas partes. 11 quae ab ipso impensa sunt Milone  
ad populi delectationem. 12 placaret. 13 & sperat etiam,  
quod vestrum, Iudices, fauorem sibi conciliarit & parauerit  
per merita sua singularia erga rem publicam, dum interim  
plebem placuit per munera sine ludos publicos, magnificos &  
sumptuosos. 14 gratulationes, significationes benevolentiae.  
15 fauorem. 16 casum. 17 conseruaturum esse in memoria,  
vbi cunque vivat. 18 a que



se dicit. Meminit etiam, sibi vocem praeconis 18  
modo defuisse, quam 19 minime desiderarit: po-  
puli vero cunctis 20 suffragiis, quod vnum cu-  
pierit, se 21 consulem declaratum. Nunc de-  
nique, si haec 22 arma contra se sint futura 23,  
sibi facinoris 24 suspicionem, non facti crimen  
obstare 25. Addit haec, quae certe vera sunt,  
fortes & sapientes viros non tam praemia se-  
qui 26 solere recte factorum, quam 27 ipsa recte  
facta: se nihil in vita, nisi praeclarissime 28 fe-  
cisse, siquidem nihil sit praestabilius viro, quam  
periculis 29 patriam liberare: beatos 30 esse,  
quibus ea res honori fuerit a suis ciuibus 31:  
nec tamen eos 32 miseris, qui beneficio ciues  
suos vicerint 33: sed tamen ex omnibus prae-  
miis virtutis, si esset habenda ratio praeocio-  
rum 34, amplissimum esse praemium gloriam: esse  
hanc vnam, quae breuitatem vitae posteritatis  
memoria 35 consolaretur: quae 36 efficeret, ut ab-  
sentes adessemus 37, mortui viueremus: hanc  
denique esse, cuius gradibus 38 etiam homines in

co-

---

18 a quo Milo renunciaretur Consul. 19 vocem. 20 per  
cuncta. 21 esse. 22 quae in foro disposita sunt a Pompe-  
io. 23 directa. 24 caedis. 25 putat Milo, non ideo a se  
commissum esse crimen, quod Clodium occiderit, sed alios  
ita suspicari. 26 attendere, desiderare. 27 quam potius.  
28 recte. 29 etiam cum periculo suo, vel, a periculis. 30  
eos autem esse felices. 31 qui a ciuibus fuerint honorati ob res  
praeclare gestas. 32 esse. 33 qui maiora ciuibus suis dede-  
rint beneficia, quam ab iis acceperint. 34 si respicienda es-  
sent praemia. 35 per memoriam. 36 gloria. 37 quasi prae-  
scantes essemus. 38 per cuius gradus.

S 5

39 Mi-



coelum videantur ascendere. De me, inquit 39, semper populus R. semper omnes gentes loquentur, nulla vñquam obmutescet 40 vetustas 41, quin hoc tempore ipso, cum omnes a meis inimicis faces meae inuidiae subiiciantur 42, tamen omni in hominum coetu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis 43, & omni sermone celebramur. Omitto Etruriae festos, & actos, & institutos dies 44. Centesima lux 45 est haec ab interitu P. Clodii, & vt opinor, altera 46: qua 47 fines imperii populi R. sunt, ea 48 non solum fama iam de illo 49, sed etiam laetitia peragrauit 50. Quamobrem, vbi corpus hoc 51 sit, non, inquit, labore 52, quoniam omnibus in terris & iam versatur 53, & semper habitabit nominis mei gloria.

39 Milo. 40 racebit. 41 longa posteritas. 42 dum omnes homines inuident gloriae meae. 43 dum omnes mihi gratias agunt & gratulantur de caede Clodii. 44 qui festi & laeti dies non solum iam acti sunt in Etruria, sed constitutum etiam est, ut singulis annis agantur. 45 dies. 46 centesimus primus dies. 47 quo usque igitur termini Romani imperii fese extendunt. 48 eō usque. 49 interitu Clodii. 50 peruenit. 51 meum. 52 curio, quaero, aestimo. 53 est, circumfertur, celebratur.

### CAPVT XXXVI.

**H**AEC tu i mecum saepe 1, his 2, absētib⁹: sed iisdem 4 audientib⁹, haec ego tecum 5 Milo. Te quidem quod isto animo es 6, fatis laudare non pos-

1 Milo. 2 locutus es. 3 dum hi iudices non adfuerunt. 4 ita ut iidem iudices hoc audiant. 5 loquar, 6 quoniam hunc animum habes.

7 que



possum: sed, quo 7 est ista magis diuina virtus, eo maiore a te dolore diuellor 8. Nec vero, si mihi eriperis, reliqua est illa saltem ad 9 consolandum querela, ut his 10 irasci possim, a quibus tantum 11 vulnus 12 accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non male aliquando de me meriti 13, sed semper optime. Nullum vñquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis 14 (etsi quis potest esse tantus 15?) sed ne hunc quidem ipsum 16, vt obliuiscar, quanti me semper feceritis 17. Quae si vos cepit 18 obliuio, aut si in me aliquid offendistis 19: cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis 20? Praeclare enim vixero 21, si quid mihi acciderit 22 prius, quam hoc tantum mali 23 videro. Nunc me vna consolatio sustentat, quod tibi, T. Anni, nullum a me amoris, nullum studii 24, nullum pietatis 25 officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te 26 appetui: ego meum saepe corpus & vitam

7 quo diuinior est ista virtus tua. 8 si contingat, ut in exilium eas. 9 ad meum solarium. 10 iniustis indicibus. 11 tam graue. 12 dum tu mihi eriperis. 13 qui meriti sunt. 14 afferetis, efficietis. 15 etsi maior dolor esse non potest. 16 sed neque iste dolor tantus erit, quem mihi nunc affertis, dum mihi eripitis Milonem. 17 aestimaueritis. 18 occupauit. 19 aut si ego vos offendi & laesi in aliqua re. 20 cur non ego potius punior loco Milonis? 21 putabo enim, me vixisse cum gloria. 22 si ego prius moriar. 23 malum, tam tristem casum & calamitatem. 24 favoris. 25 amoris, amicitiae. 26 pro salute tua.

tam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis <sup>27</sup> pro te supplicem abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communione tuorum temporum <sup>28</sup> contuli <sup>29</sup>: hoc denique ipso die, si qua vis est parata <sup>30</sup>, si qua diminutio capitis futura <sup>31</sup>, deposco <sup>32</sup>. Quid iam restat? quid habeo, quod dicam? quod faciam protius in me meritis, nisi, ut eam fortunam, quae cunque erit tua, ducam <sup>33</sup> meam? Non recuso, non abnuo: vosque obsecro, iudices, ut vestra beneficia, quae in me contulisti, aut in huius <sup>34</sup> salute <sup>35</sup> augeatis aut in eiusdem exitio occasura <sup>36</sup> esse videatis.

<sup>27</sup> multos ego supplex pro te oraui. <sup>28</sup> calamitatem. <sup>29</sup> communicavi tecum bona & fortunas meas in tua calamitate & necessitate. <sup>30</sup> paratur aut a militibus, qui circumstant, aut a plebe. <sup>31</sup> si contingat, ut tu pellaris in exilium. <sup>32</sup> in me id recipiam. <sup>33</sup> habeam pro mea fortuna. <sup>34</sup> Milonis, <sup>35</sup> per salutem & conseruationem. <sup>36</sup> peritura.

## CAPVT XXXVII.

**H**is lacrymis non mouetur Milo, est i quodam incredibili robore animi: exilium ibi esse putat, vbi virtuti non sit locus <sup>2</sup>: mortem, naturae finem esse, non poenam. Sit hic ea mente, qua natus est <sup>3</sup>; quid <sup>4</sup> vos, iudices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis: ipsum eiicietis? & erit dignior loc <sup>9</sup> in terris ullus, qui hanc virtutem exci-

<sup>1</sup> Hic vir habet robur animi. <sup>2</sup> vbi virtus nullum habeat aut inuenire possit locum. <sup>3</sup> concedamus huic Miloni, ut eam virtutem retineat, cum qua natus est. <sup>4</sup> statueritis, facietis.

5 10.



excipiat, quam hic 5, qui 6 procreauit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis: vos in viri, & in ciuis inuicti 7 appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis 8 non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio praesidentibus, haec tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? proiicietur? O me miserum, o infelicem! reuocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos 9: ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid 10 respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum 11 illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram 12 ille 13 seruasset? At in qua causa non potuisse 14? quae 15 est grata gentibus, a quibus non potuisse? ab iis, qui maxime P. Clodii morte acquierunt 16, quo deprecante? me 17. Quodnam concepit 18 tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi 19, iudices, cum illa iudicia communis exitii 20 indicaui, patefeci, protuli, extinxi? omnes in me meosque redundant ex fonte

5 locus, haec vrbs Roma. 6 qui locus eam virtutem protrulit in lucem. 7 fortissimi. 8 dum vos haec omnia adspicitis. 9 iudices & populum. 10 tibi respondebo. 11 qui illo quoque tempore pulsus fuisti mecum in exilium. 12 salutem. 13 Milo. 14 seruare salutem Milonis. 15 in ea causa, quae. 16 in tranquillitate, & felici statu manserunt. 17 quis deprecatus est pro Milone? ego. 18 cogitavi. 19 feci, patrani, commisi. 20 tempore Catilinae.

te 21 illo dolores. Quid 22 me 23 reducem esse voluistis? an vt, inspectante me, expellerentur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati 24, mihi acerbiorem redditum esse 25, quam fuerit ille ipse discessus 26. Nam qui 27 possum putare me restitutum esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sum?

21 ex eo, quod ego detexi coniurationem Catilinae. 22  
quare. 23 in praesentia mea. 24 permittere. 25 vt re-  
ditus meus mihi acerbior fit, maiorem dolorem afferat. 26  
abitus meus in exilium. 27 quomodo.

## CAPVT XXXVIII.

**V**Tinam dii immortales fecissent (pace tua r,  
patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate  
2 dicam in 3 te; quod 4 pro Milone dicam pie)  
vtinam P. Clodius non modo viueret, sed etiam  
praetor, consul, dictator esset, antequam hoc spe-  
Etaculum viderem. O, dii immortales, fortem,  
& a vobis, iudices, conferuandum virum! Mini-  
me, minime, inquit 5: imo vero poenas ille 6 de-  
bitas huerit: nos 7 subeamus, si ita necesse est,  
non debitas 8. Hiccine vir patriae natus, vs-  
quam, nisi in patria, morietur? aut si forte 9 pro-  
10 patria: huius vos animi monumenta II. reti-  
nebitis: corporis in Italia nullum sepulcrum esse

pa-

1 Cum permisso tuo. 2 cum voto nefario. 3 contrate lo-  
quar. 4 quoniam. 5 Milo. 6 Clodius. 7 ego. 8 ego patiar  
poenam non debitam nec meritam. 9 ita accidat. 10 an mo-  
ri debeat pro salute patriae, II facta egregia virtutis.

12 per



patiemini? hunc sua 12 quisquam sententia ex  
hac vrbe expellet, quem omnes vrbes expulsum  
a vobis ad se vocabunt? o terram illam beatam  
13, quae hunc virum exceperit! hanc ingratam,  
si eiecerit: miseram, si amiserit! Sed finis sit 14:  
neque enim prae lacrymis iam loqui possum: &  
hic se lacrymis defendi vetat 15. Vos oro obte-  
storque, iudices, vt in sententiis ferendis, quod  
sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iusti-  
tiam, fidem, mihi credite, is 16 maxime proba-  
bit 17, qui, in iudicibus legendis, optimum 18 &  
sapientissimum & fortissimum quemque legit 19.

---

12 per suam. 13 felicem. 14 meae orationis. 15 non  
vult. 16 Pompeius. 17 laudabit. 18 optimos. 19 elegit.

---

### SENTENTIAE.

**T**urpe est pro fortiviro dicentem timere,  
Vir fortis de reip. magis salute, quam de  
sua perturbatur.

Nouitas terret oculos.

Cedendum tempori.

Inter vim armorum non est orationi locus.

Iustitiae non est, quem reum sententiis iudicum  
tradideris, eundem militum telis dedere.

Sapientiae non est, temeritatem concitatae mul-  
titudinis auctoritate publica armare.

Nonnunquam unius priuati iudicio de salute  
reip. disceptatur.

Misa-



*Miserum est, eos, qui spe amplissimorum praemiorum adducti sunt ad remp. metu crudelissimorum exitiorum carere non posse.*

*Qui pro bonis contra improbos sentiunt, iis subeundae sunt tempestates & procellae in fluctibus concionum.*

*Rebus ante praecclare gestis ad criminis defensionem abuti non oportet.*

*Ab inimicorum audacia telisque vitam impune licet defendere.*

*Cum de occiso homine quaeritur, aut negari solet omnino esse factum, aut iure factum esse defenditur.*

*Non sine causa fingitur, qui patris vlciscendi causa matrem necauerit, Deae sapientissimae iudicio fuisse liberatus.*

*Nocturnum furem quoquo modo, diurnum, si se solo defenderit, licet occidere.*

*Gladius aliquando nobis ad occidendum hominem ab ipsis legibus porrigitur.*

*Non modo iustum tempus est hominis occidendi, verum etiam necessarium, cum vi vis defenditur.*

*Praestat periculose facere, quam turpiter perpeti.*

*Scelere soluti periculo sunt liberandi.*

*Gladios habere non liceret, si ut illis nullo pacto liceret.*

*Est haec non scripta, sed nata lex, ut si vita nostra in aliquas insidias aut latronum aut inimico-*

*RUM*

rum inciderit, omnis sit honesta ratio expediendae salutis.

Silent leges inter arma.

Non hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetatur.

Qui sui defendendi causa telo est usus, non hominis occidendi causa telum habuisse est iudicandus.

Inuidiosum est quemquam tantum habere potentiae, ut dicatur Senatus, non quod ipse sentiat, sed quod ille velit, decernere.

Propter magna in rem p. merita, debetur saltem mediocris in bonis causis auctoritas, & propter officiosos labores nonnulla apud bonos gratia.

Non est fugienda inuidiosa potentiae appellatio, danmodo eanoscere utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum.

Quando sunt leges vel quaestiones de caede, vel de vi, opus non est instituere nouam quaestionem.

Nulla vis unquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra rem publicam.

Non est illa defensio contra vim unquam optanda, sed nonnunquam est necessaria.

Multa fuit e rep. quae rem p. tamen valuerant.

Nihil necesse est omnium flagitia proferre.

In confessione facti, iuris tamen suscipi potest defensio.

Nonnunquam potest absolui is qui fatetur.

Qui

*Qui non poenam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quaerendam, non interitum putavit.*

*Saepe multa non personis ipsis tribuuntur, sed temporis.*

*Luctuosum est, quem immortalem, si fieri posset, omnes cuperent, eius necessariam quidem mortem non expectari.*

*Non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur.*

*Intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum: mors quidem illata per scelus iisdem & poenis teneatur, & legibus.*

*Non magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necauerit.*

*Summa est reipublicae perturbatio, si ianuas & parietibus, non iure legum & iudiciorum tegamus.*

*Non exitus rerum sed hominum consilia legibus vindicantur.*

*Minus dolendum est re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus.*

*Praestantes ciues vel sua cuiusque, vel reip. fortuna saepe conseruat.*

*Quamvis Princeps atrociter ferat, iudices debent fortiter iudicare.*

*Non debet nostra gratia familiaritatibus contineri, quae late patere non possunt.*

*Consuetudines vicius non possunt esse cum multis.*

Illi⁹ potentia & gratia inuidiosa est, qui, si quid potest, ex eo potest, quod ipsum resp. coniunxerit cum multis.

In iudice nihil quaerendum aliud nisi iustitia, grauitas, humanitas, fides.

Principum munus est resistere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati.

Si iudices eligendi sunt, qui, quam contemnunt populares insanias, dederint ab adolescentia sua documentum, eligere decet.

Praeficiendus est quaestionibus, qui lites iuste sapienterque disceptet.

Vi vincitur vis, virtute opprimitur audacia.

Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, ut & mos gentibus, & feris natura ipsa praescripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent.

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe paruo.

Leges iniustae, & inustae per vim, leges nominandae non sunt, sed faces urbis, & pestes reip.

Optandum est, ut eos habeat resp. magistratus, qui audaciam improborum audeant possintque confringere.

Inimici sunt fontes perennes gloriae bonorum & fortium virorum.

Augetur bonorum gloria frangendis furoribus improborum.

Nemo odit segetem ac materiam gloriae.

Ciuile est odium improbos odisse.

Cu-

*Cuius domus oppugnatur, iare se potest vlcisci.  
Solus virorum fortium vultus perterret inimicos.*

*Quod omnium gratia facere noluimus, velle non debemus cum aliquorum querela.*

*Timida & sollicita est ambitio.*

*Ambitiosi omnia, non modo quae reprehendi patiam, sed etiam quae obscure cogitari possunt, timent, rumorem fictum, fabulam leuem perborrescunt, omnium ora atque oculos intuentur.*

*Nihil est tam molle, tam tenerum, tam fragile, tam flexibile, quam hominum voluntas, qui non modo improbitati irascuntur, sed etiam in recte factis saepe fastidiunt.*

*Impunitatis spes caput audaciae est, & maxima peccandi illecebra.*

*Improbissimus est, quem nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.*

*Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur.*

*Incerti sunt exitus pugnarum, Marsque communis, qui saepe spoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto.*

*Faci in equuleo quaestio est, iuris in iudicio.*

*Serui sunt omni praemio digni, qui domini caput defenderint.*

*Nullum praemium satis magnum est benevolis, bonis, fidelibus seruis.*

*Non tanti est vivere, quam non sanguine & vulneribus suis inimicorum mentem oculosque sapiare.*

De

De seruis nulla quaestio est in dominum, nisi de incestu.

De seruis in dominum quaeri indignum est, & morte ipsa tristius.

Magna vis est conscientiae, & magna in utramque partem &c.

Cum de facto vel iure quaeritur, sapiens iudex considerat facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam.

Non solum inimici male de fortibus viris loquuntur, & existimant, sed etiam imperiti.

Nonnulli aequo animo patria carent, cum sanguine inimici expleuerint odium suum.

Vel cum capitis periculo salus reip. est adferranda.

Cedendum aequo animo legibus.

In ciuibus optime de rep. meritis, homines interdum non modo res praeclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.

Vir fortis cauet magis, quam timet.

Diligentiam, tota rep. suscepta, nimiam nullam putare debemus.

Varia vitae commutabilisque ratio, vaga volubilisque fortuna.

Vitae inconstantiam qui non praevident, saltem experti debent cognoscere.

Iudicium non est expectandum in eius consiliis vindicandis, qui vel iudicia ipsa tollit.

Qui instituit quaestionem, ostendit licere reuin absolueri.

Magistratus prouidere debent, ut iudices intelligant,

gant, sibi licere contra populares insanias, quod sensiunt, libere iudicare.

In statu populari, qui nimis amplecti plebem pertantur, in suspicionem incidunt regni appetendi.

Nefas est collegae Magistratum per seditionem abrogare.

Cupidis & avaris nulla lex, nullum ciuile ius, nulli possessionum termini.

Graue est & indignum, quemquam domino inspectante extruere in alieno.

Frequenter ipso malorum usu obdurescit & percallet patientia.

Vota facienda sunt, ut se potius in exterros, quam in nostras possessiones sceleratorum furor immittat.

Sceleratorum furores, quos nullis legibus, nullis iudiciis frenare possumus, ut & ferro, sunt e reip. ceruicibus repellendi.

Compressa hominum licentia, cupiditatibus fractisque legibus & iudiciis constitutis, salus adfertur reipubl.

Dominante homine furioso ciues ius perpetuae possessionis habere non possunt.

Liberae sunt cogitationes nostrae, & quae volunt sic intuentur, ut ea cernimus, quae videmus.

Is magno timore animos viuus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percellit.

Qui id non negat, ex quo nihil petit nisi ut ignoratur, non dubitat id fateri, ex quo etiam praemia laudis sunt petenda.

Non potest salus sua cuique non probari.

Nia

Nihil est ingratius quam laetari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri lactentur.

Quorum futura est gloria, periculum quoque & inuidiam suam esse putent.

Nulla ei contribuenda laus est, qui id, quod conatur, sine maximis suis dimicationibus se esse ausurum arbitratur.

Proposita inuidia, morte, poena, qui nihil segnius remque defendit, is vir vere putandus est.

Populi gratia est, praemiis afficere bene meritos de rep. ciues: viri fortis, ne suppliciis quidem moueri, ut fortiter fecisse poeniteat.

In graui fortuna boni conscientia recte factorum nituntur.

Sol, coeli, signorumque motus, & vicissitudines rerum Deum esse testantur.

Non in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat & sentiat, & non inest in hoc tanto naturae & tam praeclaro motu.

Iacirco Deum rogare non debemus, quia non appetet nec cernitur: perinde quasi nostram mentem, qua sapimus, qua prouidemus, videre possimus.

Deus aliquando aperit oculos ad scelerata punienda.

Etsi serae, iuste tamen a sceleratis poenae exiguntur.

Qui corruptis iudicibus absoluitur, non absolutus videtur, sed ad insignem poenam reseruatus.

Exequias & supremi diei celebritatem concedere etiam inimici solent.

Nullo alio in loco mors sceleratorum lacerari debet, quam ubi vita damnata est.

Sae-

Saepe, qui misericordiam non implorat, multo adiuuandus est magis.

Timidos & supplices: & ut viuere liceat obsecrantes otium odisse solemus: fortes & animosos & se acriter morti offerentes seruare cupimus, eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

Charam debemus habere patriam, quoquo modo merita de nobis erit.

Si rep. bona frui non licuerit, optandum ut malia careamus.

Fortes & sapientes viri non tam praemia sequi solent recte factorum, quam ipsa recte facta.

Nihil est praestabilius viro, quam periculis patriam liberare.

Gloria ex omnibus praemiis virtutis est amplissimum.

Querela interdum consolatur & ira in eos, a quibus dolorem accepimus.

Magna est consolatio, amicis non defuisse.

Quaecunque amicorum fortuna fuerit, nostram ducere debemus.

Exsilio ibi est, ubi virtuti non est locus.

Mors naturae finis est, non poenae.

Fortes viri sunt conseruandi reip.

Vir patriae natus non debet e patria expelli.

Non est expellendus, quem omnes urbes expulsum ad se vocabunt.

F I N I S.

INDEX



# Index Rerum, Vocabum & Phrasum, plerumque ut in Textu scripta, & in Annotationibus explicata iacent.

*Notandum :*

Quories hoc signum,, inuenitur, toties vocabulum ab initio positum, ibidem est repetendum.

A.		
A Litera salutaris in iudicando	354	abhorrire a 3. 5. 27. 84. 105. 194
a te alienus	69	bhorret a meis moribus
a veritate longe	105	196
ab adolescentia 16. 100. 321. , inferis	30	abire in aliquas terras 195 abibo ego atque cedam
ab illo tempore	130	415
ab incunte aetate	112	abiectus i. e. vietus 386
abdere se literis 14. , se in tenebras	375	abiicere consilium belli faciendi 219. , humanitatem 76. , se ad pedes 310
abdicare se praetura	243	abnuere 420
265. , magistratu	247	abreptus 321. , est unus rempestate 89
abducere a pedibus 95. , ab auo	115	absconditus 136
aberrare	78	absoluere 404
abesse 337. , longe videtur a carcere 195. abfuturus a sensu	30	absolutio 241 abstinentia 155 abstrahere 15. , ab omni sollici.

T

